

X a
3003



G. K.



A. K. 129, 7.

Xa
3003

IN NOMINE JESU!
 DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA
 GICA SYNODALIS, COMPLECTENS
 PARTEM PRIMAM,
DE STATV ECCLESIAE
 EVANGELICAE IN INCLYTO COMITATU
 MANSFELDENSIS, à Reformationis tempore per annos
 LX. & quod excurrit, nimirum usq; ad editionem
 Formulæ Concordiæ, Anno
 1580.

Ipso die CONCORDIÆ, qui est XVIII, Febr. ante
 seculum Theandri Lutheri p.m. emortualis, ad placidam
συζήτησιν in publicâ Synodo pro-
 posita, à

**M. MICHAELE EMMERLINGIO, Comitatus,
 Mansfeld. Superintendent. General.**

Eamq; respondendo tuebitur

**M. BALTHASAR COPPIUS, Archidiaconus
 ad D. Andreæ.**

*In Gymnasij Auditorio Majori, horis ante-
 meridianis.*



Islebñ in patriâ B. Lutheri impressa à Jacobo Gubisio,
 ANNO M. DC. XLVI.




Psalm. 44.

DELIS, auribus nostris audivimus, Patres nostri narraverunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Tu manu tua gentes expulisti, & ipsos plantasti; afflixisti populos, & ipsos emisisti. Nec enim in gladio possederunt terram, & brachium eorum non salvavit eos: Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuit tibi in ipsis. Tu es Rex meus, & DEUS! praecepe salutes Jacob! Et te laudabimus tota die, & nomine suo in seculum confitebimur.

Psalm. 78.

Non abscondemus ea à filiis nostris, qui generationi postera narrabunt laudes Jehova, & fortitudinem ejus, & mirabilia ejus, quae fecit. Et suscitavit testimonium in Jacob, & legem posuit in Israël, quae praecepit Patribus nostris, ut nota facerent ea filiis suis; Ut cognosceret generatio postera, & filij, qui nascerentur, exsurgerent, & narrarent filiis suis;

Ut ponerent in DEO spem suam, nec obliviscerentur operum DEI, & mandata ejus custodirent.





IN NOMINE JESU! PRÆLOQVIUM.

§. 1.

STatum Ecclesia Mansfeldensis Evangelica à tempore Reformationis, exposituri, ante omnia aeterno ac misericordi DEO, Patri luminum, immortales agimus gratias, quod hactenus apud nos verbi sui salvifici lucem, cum vero Sacramentorum usu, inter tot frementis diaboli mundi, furores, & horribiles confusiones errorum, hereticorum technas & fraudes, tyrannorum persecutiones, & odia filiorum seculi, illibatè pure, non sine maximo miraculo, conservavit.

2. Quemadmodum enim in his terris nulla major miseria est, nullaq; gravior poena, quàm verbi divini omnimoda carentia aut depravatio: Ita nullum salutaris beneficium hominibus potest contingere divinitus, quàm si verbum DEI purè ac sincerè docetur, nec illustrior inter homines vita est, quàm qua secundum illud piè instituitur.

3. Idq; nos hactenus divinum beneficium ultra centum annos habuimus: Senit in Ecclesiis Manniacis purum ac incorruptum DEI verbum, riteq; administrata sunt divina Sacramenta, ut hac Sarepta, Lutheri patria, multis aliis Phari instar fuerit, ad verum salutis portum lucem monstrans, inter tenebras navigantibus mortuum illud Hereticorum mare: Quod testantur acta & scripta publica, nec non confessiones laudatissimorum Praedecessorum.

4. Agnoscimus hoc ipsum gratà mente, & celebramus merito,

A 2

rito,

ritò, exclamantes cum Psalmistà: Magnifica fecit Dominus
 cum eis! Magnifica fecit Dominus nobiscum! Ideo facti
 sumus lætantes! Teq; nunc clementissime ac misericors DEUS,
 Pater Domini nostri Jesu Christi, oramus supplices, ut qui mise-
 ratus Patrum nostrorum luctuosissimum statum, eosdem è caligi-
 noso Papa purgatorio, quod erat idololatria ac missarum fœdissi-
 ma colluvies, & abyssus tenebrarum, eduxisti, atque in lucis evan-
 gelice splendorem quasi postliminiò restituisi; in posterum etiam
 nobis ac carissimæ Posteritati conserves verbum tuum, unicum il-
 lud æterna, àq; Filio tuo tanto precio empta salutis pararium:
 Id sit nobis in gaudium, in lætitiã cordis nostri, quoniam invo-
 catum est nomen tuum super nos! Jerem. 15, 16. Rege etiam hunc
 sacrosancti Ministerij conventum εὐχαριστῶν, & omnia nostra co-
 gitata, dicta, facta, decreta, ad nominis Tui sanctissimi gloriam,
 & suspirantis Ecclesiæ emolumentum. O sanctissime DEUS, san-
 ctifica nos in veritate tuâ, Verbum tuum veritas est, per JESUM
 CHRISTUM Dominum nostrum, Amen!

5. Ac priusquàm rem ipsam aggrediamur, opera precium
 duximus, initiò Lectorem pium de re ipsâ, quam hâc dissertatio-
 ne synodali tractaturi sumus, commonescere, ut sciat, quid &
 quo ordine tradetur.

Nempe initia reformationis sub exortu Evangelij in hoc
 Comitatu, nec non insecutas controversias in fide & doctrina bre-
 vissimis & ὡς ἐν παροῦσι recitabimus, ut constet Posteritati, quibus
 potissimùm auctoribus & Patronis in repurgandâ hujus Comita-
 tus Ecclesiâ, clementissimus DEUS uti voluerit; nec non, quomodo
 renascens Evangelij puritas à falsariis veritatis sæpius quidem in
 his Ecclesiis turbata & oppugnata acerrimè, nunquam tamen ex-
 pugnata, sed divinâ gratiâ mirabiliter hætenus, vindicata ac
 conservata sit.

6. Rem totam absolvemus in hac quidem dissertatione, tri-
 bus sectionibus:

Prima

5
Prima complectetur statum Ecclesie ac Religionis in Comi-
tatu Mausfeldensi à Reformationis tempore usque ad Lutheri B.
annum emortualem 1546.

Altera, inde usque ad Mencilij Superintendentis IV. tem-
pora, Anno 1560.

Tertia, deniq; sub prædicti Mencilij Superintendentis me-
ritissimi gubernatione, usq; ad historiam Formula Concordia, qua
incidit in A. C. 1580. Sequentium temporum periodum usq; ad præ-
sentem terminum secularem, in aliam occasionem reservabimus.

SECTION I.

A Reformationis tempore usque ad Lutheri Beat. obitum, qui incidit in annum 1546.

I. P A P I S M U S.

§. 1. Testantur initia & progressus reformationis Lutheran-
Evangelica, Deum etiam in his terris sub Papatu habuisse sano-
ctum semen, cælestis veritatis amans, & sub densissimis papalis
doctrina tenebris unice suspirans veram salutis cognitionem. Post-
quam enim papalium indulgentiarum occasione lux Evangelij Wit-
teberga & in vicinis locis, ministerio & operâ Theandri Lutheri
exorta est, id quod ex historiâ illorum temporum aliunde satis
constat; statim etiam hoc in loco non solum cœpit radios divina ve-
ritatis spargere, sed etiam assertores suos invenit.

2. Hinc itum est in duas partes. Quidam Comites, Dnn.
Seniores præsertim, Ernest⁹ Senior arcis Heldrungensis architectus,
Hoierus frater, Ernestus Senioris fili⁹ Dec. Ecclesia Archiepiscopalis
Magdeburg. &c. veterem pontificiam Religionem omnibus viribus
tuebantur, atque pro eâ, tanquam pro aris focusq; concertantes,
etiam in illâ fatis suis concesserunt, Ernestus senior an. 1532, Hoie-
rus an. 1540. A parte Papatus etiam steterunt quidam Nobiles, Ab-
bates,

bates, Monachi, intra & extra hunc Comitatum, acerrimi propugnatores potestatis & religionis papalis, suis metuentes claustris & ventribus, Deoq; Mausim, ne hic praecisis manibus pedibusq;, ipso etiam capite, tandem extra limen sacrarij ejiceretur, 1. Sam. 5. ipsi verò ne in culinas macriores ac inferiorem dignitatis gradum de-
ruderentur.

§. 3. Ex alterà parte Illustris & Generosissimus Comes Dn. Albertus, Templi & Monasterij Neapol-Islebiani ad D. Annam, quod erat ordinis Eremitici Augustiniani, paulò ante Reformationem devotus fundator, Heros inclytissimus, divinà verbi salvifici luce maturè collustratus, veritati ostium amplissimum in hoc Comitatu aperuit: Hic enim inter Comit. Mansfeld. primus Evangelium suscepit, procul dubio in hac causà plurimùm adjutus Lutheri vivà voce ac conversatione, de quà legimus tom 2. Isleb. sub ann. 1518. p. 3. & sub anno 1523. p. 139. Idem Albertus Anno 1525. cum fratre Gebbardo, &c. de consilio Lutheri, legitime vocavit M. Michaëlem Cœlium, ut purum DEI verbum ex scriptis Prophetarum & Apostolorum Mansfelda in aulà predicaret, qui etiam primus in his terris publicus doctor Evangelij, non sine maximo periculo id, quod jussus erat, cum DEO feliciter tentavit & obtinuit. Videatur 2. Conc. in nova Schola Neapol. inauguratione, habita à M. Philipp. Crusio, Past. Anno 1587. K. I.

Atque hic est ille Comes Mansfeldensis, qui non solum sese, cum Patruale, juniore Comite Justo Gebhardi filio, juvene Heroë fortissimo & prudente, anno 1530. in Comitibus magnis Augusta Vindelicorum celebratis, Electoris saxonis Comitatu adjunxit, & nomen suum inter Socios Augustanae Confessionis coram Casare Carolo V. & toto Imperio intrepidè professus est; sed & postea schmalcaldici fœderis cum filiis Volrathe, Johanne & Carolo assertor non postremus factus.

§. 4. Anno 1525. evocatus est Lutherus à Comite Gebbardo Alberti fratre, in arcem Seeburg, quam tùm tenebat Comes, oppidò flagrante

7
grante incendio tumultus Rusticani, quibus in suis ditionibus ob-
viam ierat Comes Albertus, ubi suâ industriâ & prudentiâ metal-
licos in officio continuit. Gebhardus ergo procul dubio, si non
prius, tamen hoc tempore cum Filiis, Iusto, Christophoro & Georgio,
& totâ Illustri familia, evangelicam religionem suscepit: Lutherus
autem presens instituit, quæ è re Ecclesia Seeburgensis fuerunt. Vi-
deatur Tom. I. Isleb. sub dicto anno. p. 216. in literis ad Cancellari-
um Comit. Alberti D. Rubel.

§. 5. Quamvis autem hac ratione omnia tumultuariè fierent
initiò, propter Rusticorum motus, unde non solum adversa parti
Papistica, verum etiam Evangelicis maxima pericula imminebant:
(deserta enim sunt à suis habitatoribus Monasteria, in toto Comita-
tu, ac postea à Rusticis desolata, partim etiam plane diruta, eaq; nu-
mero XII. Hoppenrod. in suâ Orat. habitâ olim in Gymnasio Isleb.
de Monast. Nec levis ipsi etiam Evangelio ἐγκοπή hisce turbis data
fuit:) indies tamen accessio facta est ad partem eorum, qui veri-
tatem amplexi erant. Nam unâ cum Comite Alberto & Filiis, ejusq;
fratre Gebardo & hujus filiis, Iusto, Christophoro, & Georgio, etiam
paupost, juniores linea anterioris, Philippus, Johann-Georgius,
Petrus-Ernestus, Johann-Albertus, Johann-Hojer, &c. Itemq; mul-
ti Nobiles, Magistratus oppidani, populusq; maximam partem, imò
& Monachi plerique & moniales, audito Evangelio, DEO gloriam
dederunt, Apoc. 14, 7. & misso Papali ac repudiatis indulgentia-
rum, missarum, legendarum & monachatus traditionibus, sese
Lutherano-Evangelicos professi sunt.

[XII. Monasteria fuerunt. I. antiquissimum Gerb-
stadium A.C. 985. fundatum à Marchione Misnensi Rit-
tago & Conjuge Liccardt, Ordinis benedictini, moni-
ales sub Abbatissa aluit. Monialium reliquæ longis-
simè durarunt in hac cænobia; nulla enim ante obitū
exclusa fuit. II. Walbecum, prius sedes & arx impera-
toria;

toria; postea monasterium virginum, fundatum sub
Abbatissa, ab Ottone III. Cæsare, & insignibus benefi-
ciis dotatum. Habet templum augustissimum, quod
adhuc hodie cernere licet. *III. Rhodense*, ordinis mo-
nachorum præmonstratensium, fundatum anno Chri-
sti 1120. à Comit. Orlamundæ wigmanni Coniuge *Hil-
la*. *IV. Sittichenbachense* sub Abbate monachorum or-
dinis Benedicti, fundatum anno 1140. *V. Mansfeldense*
fratrum vallis Josaphati sub Priore, fundatum anno
1176. ab Alberto Vrso Marchione Brandenb. & Ho-
gero Comite Mansfeld. reducibus ex terrâ palæstinâ.
VI. Helpedense, monaster. virgin. sub Abbatissâ ord.
Cisterciensium, fundat. à Burchardo Com. Mansfeld.
& Coniuge Elisabetha, anno 1219. sedem quater mu-
tavit, & tandem Helpetâ in suburbium Islebiense
translatum est. *VII. Winboldburg* seu Wimmelburg ex
arce monasterium factum ord. benedictinorum sub
Abbate. Celebris in ea fuit campana S. Cyriaci. *VIII.*
Widerstadium, extructum anno 1215. prius monacho-
rum Prædicatorum, deinde mutato ordine, anno 1255.
à Comitissâ Mechtilde Arnsteinensi, monialium ord.
Augustini, sub curâ prædicatorum fuit. *IX. Hederle-
biense*, ex arce monasterium factum post annum Chri-
sti 1320. sub Præposito. *X. Sylvestris cella*, à virgine no-
bili fundata. *XI. Hecstadiense* à Comitibus Günthero &
Gebhardo institutum, ord. Carmelitarum s. fratrum
D. Mariæ. *XII. Islebiense ad S. Annam*, cujus supra facta
mentio, ab Alberto, Comite Mansfeld. ferè cum ipsâ
novâ urbe, è divitiis fodinarû metallicarû extructum.)
5. Prædicti novi cœnobij Conventuales omnes & singuli parti
Evangelicæ accesserunt. Inter fratres fuit tertius in ordine M. Ca-
sparus

9

sparus Gützel, prius SS. Theol. Baccalaureus, postea sub exortu lucis Evangelicae Doctor Theologiae anno 1517. creatus, qui, dum attentius Lutheri scripta secum meditaretur, abjecto cucullo ac deserto novo claustro monachali, publicè purum DEI verbum, & ex illo veram salvificam doctrinam, hic Islebÿ in novâ & veteri urbe predicare, fermentumq; papale in doctrina & sacramentis, auctore Luthero, sub Comitibus Alberti patrocinio, successivè expurgare coepit. Fuit hic vir inter omnes, qui Evangelio adhaeserant, tanta auctoritatis, ut ipsius consiliis starent, gubernationi autem Ecclesiasticae sponte sese submitterent. Ideoque etiam à Luthero Superintendens Islebÿ intitulatur, in praefatione super Concione in cimiterio Islebiano à D. Gützelio habita, anno 1541. Et Dn. Hoppenrodus in Orat. citat. nominat ipsum virum eximia sanctitatis & virtutis, Ecclesiae (Monasterio neostadiensi) vicina ad S. Andream vigilantissimum Inspectorem. In citatâ concione Gützelius seipsum nominavit Ecclesiasten in der Pfarr-Kirchen zu St. Andreae.

§. 7. Et memorabilia sunt quadam verba, quae in fine illius concionis adiecit admonitionis loco his verbis: Es ist aber nichts desto weniger auff dem Gottes-Acker / vor etlichen tausend Menschen außgeruffen / pronunciret, gewarnet / auch des nachfolgenden Sontages in der Pfarr-Kirchen St. Andreas zum überflus wiederholt / vnd durch mich Caspar Gützel / Doctor vnd Ecclesiasten desselben ortes verkündiget / daß sich sorder niemand / er sey reich oder arm / mann oder weib / jung oder alt / vnter solchen harrenden oder expectanten, (so nennet er die jenigen / so damahls noch auffs Pabsts Concilium warteten / vnd sich vnter des zu keiner Religion öffentlich bekanten /) wolle lassen ergreiffen oder befinden. Angesehen / dieweil man so viel jahre vnd lange zeit hat gedult getragen mit den schwachen / auch mit den alten / die im verführlichen irthumb der Papistischen lägen vnd heuchelen / sind ihr lebenslang fast ersoffen / doch mitler zeit genugsam bericht / nun

B

fast

fast in die 25. Jahr in dieser Graffschafft / vnd allenhal-
ben / auß Göttlichem Wort empfangen. Also daß nicht gläublich
oder möglich seyn muß / wer da gewolt / die öffentliche Wahrheit von
vnserm Hohen-Priester Christo Jesu selbst / (des Wort wir ja
ist lauter vnd rein haben / durch welches Er mit vns redet / vnd leh-
ret / erleuchtet / tröstet / etc.) mügen lernen / hören vnd begreifen /
Daß demselben nicht gnug geschehen / oder nicht gnug nach gehar-
ret were / etc.

S. g. Extract auß Herrn Philipp Crusij, Pabt. ad S.
Ann. bericht von erbawung des Annen-Closters / an die con-
cionem inaugural. bey Einweihung der neuen

St. Annen Kirchen / Anno 1568.

gedruckt.

Als umb das Jahr Christi 1500. sich das Eis-
lebische Bergwerck reichlich erzeiget / ist auff gnädige vergünsti-
gung Herrn Graff Albrechts das Newendorff über Eisleben / so
ist die Newstadt genennet wird / gebawet worden ; Vnd weil sich
umb des Bergwercks willen allda täglich viel Leute niedergelassen /
ist wolgedachter Graff Albrecht auß damahliger gemeiner persua-
sion ; daß man Gott keine grössere ehre vnd dienst erzeigen kön-
te / als so man Kirchen / Closter vnd Stifftte bawete / bewogen wor-
den / ein Eremiten oder Einsiedler St. Augustini Closter daselbst
zu stifften / vnd dabey eine Kirche zubawen / welche in die Ehre St.
Annen der Mutter Marien / den Chor aber in die Ehre gedachter
St. Annen / St. Joachim / St. Joseph vnd aller Heiligen / so
von der Geburts-Linien Christi gewesen / mit bewilligung / auch
privilegirter confirmation des Erz-Bischoffs Ernesti / Her-
zogen zu Sachsen / von D. Johann Staupitio, Einsiedler Dro-
dens St. August. in Deutschland Vicario generali geweiht
worden / vnd solches darumb / weil man St. Joachim vnd St.
Annen /

11
Innen / der heiligen Marien Eltern / für Patronen vnd Wohlthäter
der Bergwerge im Bapstthumb gehalten.

Vnd sind die ersten profitirten Conventuales gewesen /
Johann Euder / Theol. Doctor. Liborius Zeiner / Prior. M.
Caspar Büttel / SS. Theol. Baccal. vnd Prediger / der das meiste
bey erbawung dieses Closters gethan / ist hernach Doct. Theol.
vnd zum Pfarrern St. Andreæ beruffen worden / allda er das E-
uangelium von Christo treulich geprediget / vnd seine Liberey der
Kirchen testamento bescheiden. Vnd noch andere sechse / als der
Lector vnd Pfarrer / der Subprior, der Heiligen Schrift Cur-
sor, der Sacristarius, der Subdiaconus, der Acoluthus. Als
aber Anno 1517. vnd die folgenden Jahr / vnser lieber Gott durch
den Hoherleuchten Mann / seinen auferwehleten Rüstzeug / Doct.
Martinum Lutherum / welcher Anno 1484. auff den Tag Marti-
ni allhier zu Eisleben gebohren / das helle Liecht des Evangelii
wiederumb angezündet / des Abgöttischen Bapsts zu Rom / ver-
fluchter jerschum vnd gewel geoffenbahret / (dafür wir vnserm
lieben Gott künnermehr gnugsam danken können /) vnd Graff
Albrecht / seliger vnd löblicher Gedächtniß / das Evangelium an-
genommen / auch demselben zum ersten in dieser Graffschafft thor
vnd thür auffgethan / ist nicht allein dieses angefangene Kirchen-
gebaw ersigen blieben / sondern es haben auch obenangesezte Con-
ventuales, nach dem sie zur Erkändniß der Wahrheit kommen /
sich vom Bapstthumb abgesondert vnd das Kloster verlassen / etc.
Ist also damahls Kirch. vnd Kloster vnaufgebawet blieben: Je-
doch weil die gemeine sich allda von tag zu tag gemehret / vnd
man keiner Kirch entrathen können / ist dieselb nach gelegenheit der
zeit / so wol / als man gefont / damahls vnters Dach bracht / vnd
hernach erst Anno 85. vnd folgendes / von Fraw Margaretha gebor-
nen Herkogin von Braunschweig vnd Lüneburg / Graff Hansen
seligen Wittben / aufgebawet worden.

9. Ex his apparet, ab anno potissimum 1525, prius Mansfel-
da, Islebij & Seeburga, postea etiam alibi in hoc Comitatu verbum
DEI purè publicèq. predicari & Sacramenta secundum institutio-
nem Christi administrari cepisse, cultu imaginum, indulgentiis, Missis,
processionibus, ritibusq. ac dogmatis impius paulatim abolitis.

10. Cum conventus Schmalcaldicus à Protestantibus anno
1537. celebrabatur, miserunt eò Dn. Comites Gebhartus & Alber-
tus, Joban. Agricola m Islebium: Michaëlem Cœlium, Concionato-
rem & Decanum Mansfeldensem, & Wendalinum Fabrum Paro-
chum Seeburga, qui articulis Schmalcaldicis inter ceteros Theologos
subscripserunt.

11. Islebij interea predicavit Evangelium ad St. Andree D.
Güttelius, ibidem Ecclesiastes, qui obiit anno 1542. Ad S. Petro-Paul.
Fridericus Reuber, Pastor. Ad S. Nicol. M. Johann Agricola, Islebi-
us. Cum Guttelio simul in officio Parochatus ad D. Andree fuit Ge-
orgius Wicelius infamis apostata, (Luth. Colloq. mensal. art. 37. p.
362.) qui papismum contra evangelicos predicatores conservare
studuit sub patrocinio Dn. Comitum Seniorũ Papatui adherentium.
Circa hæc tempora ceteri Dn. Comites juniores anterioris lineæ,
Ernesti filij, Evangelicam religionem amplexi sunt. Post obitum
Seniorum Comitum ab officio remotus Wicelius, successorem habuit
M. Simonem Wolfram, qui in alteram partem proclivis, consecra-
ta elementa sacramenti Eucharistici more Zvingliano, profandè
tractavit, & falsas sententias, de vi & usu sacramentorum sparsit,
cui orthodoxi cum ipso Luthero fortiter restiterunt. Itaq. ann. 1541.
plena reformatio subsecuta & de consilio B. Lutheri, fermentum
papisticum ubiq. expurgatum fuit, etiam ex templo andreano, idq.
operâ sæpius laudati D. Guttelij. Hæc ita gesta sunt usque ad an-
num 1546. ubi Luthero presente ac dimisso Wolframo, omnia in me-
lius mutata & rectius constituta sunt, ut sect. 2. dicemus.

12. Hæc de re audire libet Dn. Menzelium Comitatus Mans-
felden-

13

*feldensis Superintendentem meritissimum, qui brevissime historiam
hujus temporis recitat in p[re]fat. super part. 2. postilla germa-
nica, his verbis: Wir müssen G[ott] zu hohen Ehren rühmen / vnd
mit danckbarem Herzen vnd Gemüthe erkennen / daß Er vns wun-
derbarlicher weise / bald im anfang des geoffenbarten Evangelij /
aus den finsternissen vnd geweln des Antichristlichen Pabst-
thums gezogen vnd errettet hat. Denn da etliche auß den Ertzen
der Herrschafft / noch an dem Pabstthumb (darinnen sie erzogen ge-
wesen) hielten / war zu Mansfeldt auffm Hause ein trotziger vnd
freveler Mönch / Rothkopff genand / der stiftete viel vnglücks /
vnd wolte die Papiisten-gewel mit gewalt erhalten vnd fortbrin-
gen / in welchem fürnehmen ihme zu hülffe kamen die beyde / dazu-
mahl berühmte Doctores, als Doctor Conradus Klinge / vnd
Doctor Mensinger / beyde Mönche zu Erfurt / die den oft gegen
Mansfeldt erfordert worden / dem Rothkopff den Rücken zu halten.
Wieder diese bescheeret vnd erwecket vnser lieber HERR GOTT
Den gottseligen / gelehrten vnd trewen Mann / Herrn
Michaëlem Coelium, der wird von etlichen theilen der Herr-
schafft / (Derer director Graff Albrecht war) auff D. Luth.
Rath gen Mansfeldt beruffen / daß er allda das Evangelion / nach
den Schrifften der heiligen Propheten vnd Aposteln predigen vnd
lehren sol. Solches geschicht erstlich mit seiner grossen gefährlig-
keit. Denn etliche auß den Herren Graffen / (die Catholischer Re-
ligion wahren) draweten ihm hart / daß musse er dem lieben G[ott]
befehlen / vnd verrichtete doch nichts desto weniger sein Ampt mit
grossen nutz. Denn er trieb obgedachte Mönche dergestalt ein /
daß sie nichts kunten auffbringen / sondern endlich weichen / vnd der
Göttlichen Wahrheit raum geben musten. Wie das zu Mans-
feldt geschicht / ist dieselbe Zeit allhier zu Erleben der
listige Fuchs vnd abtrünnige Mammeluck. George*

Wij

Winkel

Wißel / der in St. Andrees Kirchen das Pfarr-Ampt
inne hatte / deme ist es auch grawsam hoch angelegen gewesen / daß
er neben seinen zugethanen das Pabstthumb erhalten vnd verthei-
digen möchte. **2.** Wieder diesen leget sich der Hochgelehrte vnd
fromme Mann Doct. Caspar Büttel / welcher der für-
nehmsten einer gewesen / die St. Anna Kirchen vnd Kloster für
3. Eisleben hatten bauen vnd auffrichten helfen. Zu deme tritt
M. Johann Eisleben / (sonst auch Agricola genennet /) wel-
cher dazumahl der reinen Lehre des Evangelij zugethan / Schul-
meister vnd Prediger zu St. Nicolaus / vnd in grossem ansehen war.
(*Hic etiam Augusta Vindelicorum anno 1530. inter Theologos fuit,*
qui augustanam Confessionem in Comitibus defenderunt Sleidan. lib.
7.) Die wahren dem Wißel vnd andern Papisten zu Eisleben auch
gewachsen gnugsam / vnd lagen mit ihnen so lange zu haare vnd
im Streit / bis Anno 1540. vnser lieber Herr Gott die enderung
selbst macht / daß nach absterben der Hertzen / die dem Pabstthumb
den rücken hielten / Wißel vnd sein hauffe weichen mußten. Nun
hette man wol dencken sollen / wenn die Papisten von hinnen / vnd
auß der Graffschafft hinwegwehren / es würde nun in den Kirchen
guter friede seyn vnd bleiben: Aber das kunte Satan nicht leiden.
Denn er trieb jetztgedachten M. Eisleben / der mit grossem ernste
zuvor wieder das Pabstthumb gestritten / daß er auß lauterm ehr-
geitz vnd fürwitz von der einfältigen vnd rechten Lehre abwiech /
ein neues anfieng / vnd zu einem Gesetzstürmer vnd Antinomo
wurde / der das gesetz auß der Kirchen außs Rath-Haus / vnd
Konsen an galgen weifete / vnd die leute mit seiner lehre sein
sicher machen / vnd ein gut Epicurisch leben anrichten wolte. Wie-
ber den mußte sich der Mann Gottes Lutherus selbst mit grossen
eyfer vnd ernst legen / daß Er sein liebes Vaterlande für diesem
neuen fährlichen schwarm / bey reiner lehre unverruckt behalten
möchte.

15
möchte. Davon hat man die Historia / vnd D. Luthers Schrifften
in seinen Büchern / als im 7. Jeynischen Theil fol. 368. & sequen-
tibus, erstes drucks.

Dieses ist also ergangen für meiner ankunfft in die Grass-
schafft Mansfeldt. Als ich aber Anno 1542. am Tage 4
Laurentij den 10. Augusti, am ersten gen Eißleben kommen / vnd
in die newe Schule zum Diener angenommen worden bin / machte
sich M. Simon Wolfram / welcher nach Wigels abschaf- 5
fung / im Pfarr-Ampte zu St. Andres war / hersür / vnd erregt eine
Disputation, von den reliquiis in Coenâ Domini, wenn et-
was nach der Communion, sonderlich im Kelche überbliebe / wie
mans mit demselben machen solte / etc. Deme widerschet sich D.
Valentinus Vigelius, (des aberünnigen Manicheischen heuch- 6
lers M. Vigelij Vater /) vnd der gute fromme alte Mann /
Herr Friedrich Keuber / dazumahl Pfarr-Herr zu 7
St. Peter vnd Paul / vnd bringen solches für Doct. Luthern.
Der wil diesen dingen auch nicht lange zusehen / sondern straffe als-
bald gedachten M. Simon Wolfram / mit harten vnd ernstlichen Wor-
ten / etc. Wie davon fromme Christen in seinen Tomis lesen
können.

QVÆRITUR,

1. *An etiam fuerit Ecclesia DEI in Comitatu ante hanc refor-
mationem? A. per ea, quæ habet Lutherus in Comment. super cap.
12. Dan. ad v. 41. Diese aber werden ertellet / etc.*

2. *Vbi ergò fuit? Sub Papatu, ut olim erat Ecclesia V. T. sub
Baalismo 2. Reg. 19, 20. Ecclesia N. T. sub Judaismo Rom. 11, 3. Hoc
est, quod Paulus Apostolus dicit, Antichristum sedere in templo DEI
2. Thessal. 2, 4. Hanc ecclesiam sibi collegit Spiritus Sanctus per id,
quod suum fuit in predicato verbo & sacramentis sub papismo. Et
constitit illa Ecclesia ex infantibus baptisatis, simplicioribus &
martyri-*

martyribus, seu confessoribus, qui in fidei simplicitate Christo ad-
barebant, sathana profunditates non intelligentes Apoc. 2, 24. Ar-
gumento inter alia esse potest insignis illa sententia in templo aula
Mansfeldensis altari missatico superiori, jussu cujusdam missifici o-
lim sub Papatu aureis literis incisa: Non bonitate nostrâ, sed
misericordiâ tuâ, Domine, salvasti nos. Hoc annon est to-
tam papatum jugulare? annon hoc est omnia merita de congruo
& condigno, prima & secunda justificationis, sanctorum etiam o-
pera, ex tota salutis negocio explodere? Nec dubitamus, non minùs
in Dnn. Comitum familiâ, quàm inter monachos, aliosq; plebejos
semper fuisse, qui ita crederent, praesertim in agone mortis consti-
tuti.

3. Ad quid autem opus fuit tali reformatione? Ut id, quod
Christi est, secerneretur ab eo, quod Papa erat, Papismus à Christi-
anismo, azymum à fermento, aurum à scoris, ratione tam fidei,
quàm morum ac ceremoniarum, in quibus omnibus Ecclesia sub Pa-
patu fuit corruptissima. Videatur Clariss. Höpfnerus, Praceptor
noster meritissimus in disput. de quest. Vbi Ecclesia Evangelica fue-
rit ante Lutherum? Ejusd. Saxon. Evangel. sect. 1. part. 1. c. 2.
& alibi.

4. Sed quis jussit Dnn. Comites, & predicatorum verbi sic re-
formare hujus loci Ecclesiam? Habueruntne divinam aliquam vo-
cationem ad hoc opus suscipiendum? Respon. Ut in genere ad omnes
pertinent praecepta DEI clarissima Esa. 8, 20. Ad legem, & c. Deut.
4, 2. cap. 12, ult. cap. 18, 15. 19. Matth. 17, 5. Gal. 6, 16. & c. Ita in-
primis hoc incumbit (1.) Ecclesiae Ministris & Doctoribus, qui ad hoc
vocati & missi sunt, ut purum DEI verbum predicent, 2. Cor. 2, 17.
Gal. 1, 8. 1. Pet. 4, 10. ut gregem DEI sana doctrina pabulo pascant
1. Pet. 5, 2. simplices erudiant & contradicentes refutent. Tit. 1,
9. 1. Cor. 4, 2. (2.) Magistratui, Deut. 17, 18. 19. 20. Ps. 2. & 24.
ad exemplum Josue cap. 23. & 24. Assa 2. Paral. 14, 4. Josaphati
Cap. 17,

Cap. 17, 7. seqq. Joasi cap. 23, 17. Jebiskia, cap. 29, 5. seqq. cap. 31. Josia cap. 34. &c. & piorum Imperatorum, de quibus testatur Historia Ecclesiastica. (3.) Omnibus & singulis Matth. 7, 15. Job. 5, 39. Act. 17, 11. 2. Pet. 1, 19. 1. Job. 4, 1. DEI vox est: In praeceptis meis ambulate, non in praeceptis Patrum vestrorum, Ezech. 20, 18. 19. In-
 zrimis respectu Papatûs, quem toties notavit scriptura, vivisq; coloribus depinxit, ut Antichristi regnum, Apoc. 13. ac tam severe praecepit, ut illud agnoscamus, execremur ac cane & angue pejus fugiamus. Est enim apud Babylon illa spiritualis, h. e. confusio & colluvies variarum haeresium, rituum gentilium & judaicorum mixtura, mater & schola multorum errorum, habitatio demoniorum, & Sodoma scelestissima, Gerhard. Loc. de Ecclesia §. 227. 228. 229. 230. Hunn. tom. 1. in art. de Ecclesia p. m. 124. & seqq. è quâ nos jussit exire Apocalypticus Theologus, sub comminatione poenarum similium, si qui manerent cap. 18, 5. Qui verò sibi persuaderi patiuntur obœdientiam illam cacam, maluntq; cum jaçturâ salutis decretum pontificium periclitari dist. 40. C. 6. Si Papa &c. quàm expresso DEI verbo parere, suo periculo id faciant. Act. 4, 19. Huc pertinent, quae commentatur Dn. Lutherus in Hof ad cap. 2. v. 2. & seqq. videatur etiam Dn. D. Leonh. Rechtenbachij Orat. Jubilaei dicta in gymnasio nostro an. 1617.

Ex citatis dictis & exemplis apparet, ad talem reformationem, qualis hac fuit, non requiri aliquam immediatam aut specialem vocationem, nec miraculorum, (qualia quidem adversarij postulant, exemplo Phariseorum & Sadducaorum Matth. 16, 1. 2. 3. 4.) operationem. Qui verò non agnoscit singularem DEI & mirabilem in toto hoc reformationis negotio gubernationem, singularia & extraordinaria divini Reformatoris Lutheri ac Praesatarum dona & mirandos eventus, illum bardum esse oportet, cujus capiti purgando belleborus utriusque anticyra vix sufficeret. Cl. Höpsn. in Saxon. Evangel. sect. 1. part. 2. C. 6. An Lutheri vocatio fuerit extraordinaria? Lutb. tom. 2. Jenen. fol. 583. tom. 5. fol. 157. 302.

C

492. &c.



492. &c. Inprimis à calumniis Pontificiorum vindicat Principes,
Comites, aliosq; Magistratûs, qui olim Ecclesias Papisticas reformâ-
runt, idem Hôpfn. d. l. sect. 1. part. 3. c. 1.

SECTIO II.

De plena Ecclesiæ Evangelicæ in hoc Comitatu con-
stitutione, communi regimine, & subsecutis contro-
versis ab anno 1546. usque ad Mence-
lij tempora.

§. 1. Regimen Ecclesiasticum & cetera, quæ πρὸς οἰκοδομὴν
πρὸς τοῖς κληρικοῖς καὶ ἐκκλησιαστικῶν Ecclesiæ hujus Comitatus, secundum DEI
verbum reformata, pertinere visa fuerunt, presens instituit ipse
Theander Lutherus, à Dnn. Comitibus Witebergâ accitus Islebi-
um, cum D. Justo Jonâ, Hallensium Superintendente, ut non solum
Ecclesiam rectè constitueret, sed & controversias super Jure Patro-
natûs inter Dnn. Comites motas componeret, & alia quedam dissi-
dia politica, quæ universe ditioni Mansfeldensi periculum allatura
videbantur.

2. Quod ergò Ecclesiam attinet, ipse cum collegâ D. Jonâ
certis legibus ac statutis paciscitur cum Dnn. Comitibus super jure
Patronatûs, salariis ministrorum in Ecclesiis & scholis Islebiensium
inprimis, & Mansfeldensium, nec non super iis rebus omnibus, quæ ad
regimen Ecclesiæ & bonum ordinem in ea, juxtâ prescriptum verbi
divini pertinere possunt. Dnn. Comites dimissis turbatoribus Eccle-
siarum & scholarum, inprimis Wolframo, Pastore Andreano, Su-
perintendentem generalem I. Dn. Johannem Spangenber-
gium, tum temporis Northusanum Pastorem, prout suaserat D. Lu-
therus in ditionem hanc suam legitime vocant & introducunt. Quâ
de re legere potes ipsum Lutheri pactum (Lutheri vertrag) de da-
to anno 1546. 17. Febr. quod apud nos legis vicem hætenus obtinu-
isse communiter satis notum est. In præfatione Manualis agend.
Eccles. legatur hæc verba: Zum 4. hat gedachter Mann & Dico
Doct.

Doct. Luther / als Er Anno 1546. für seinem seligen abschied all
 hier zu Eisleben geprediget / Kirchen vnd Schulen reformiret,
 vnd die ordnung der Ceremonien allenhalben besehen / solchen
 vnsern brauch zu täuffen lassen bleiben / vnd vnser ganz Kirchn-
 ordnung (die hat D. Büttel gestellet mit Lutheri rache /)
 als Christlich vnd wolgestelt approbiret, vnd also zuhalten be-
 fohlen.

3. *Atque in hac expeditione sanctissimus vir DEI, de ejusdem
 voluntate, cujus gloriam unice quaesierat, hic in patria, inter preces
 & suspiria, ac ferè inter brachia Dnm. Comitum aliorumq, honestis-
 simorum & piorum virorum ac matronarum maximo cum luctu ci-
 vitatis patriæ, inò totius Saxonie, beatissimè in Domino obdormivit
 ipso die Concordia & Constantie, qui est XVIII. Febr. Cui rei inter-
 fuit etiam Illustrissimus Princeps Anhaltinus Wolffgangus, Johann
 Henricus Comes Schwartzburgicus & Nobiles quamplurimi ad
 compositionem controversiarum politicarum simul cum Luthero re-
 quisi. Videatur Narratio de morte Rev. Viri Dn. D. Martini Lu-
 theri, à D. Justo Jona, Michaële Cœlio & aliis, qui interfuere, &
 seorsim edita, & annexa tom. 8. Jenens. circa finem pag. 384. Quo-
 circa nil nisi mera calumnia & diabolica figmenta fuerunt, quæ de
 tragicâ Lutheri morte olim, etiam aliquot annis ante obitum ipsius,
 sparserunt rasa cohortis socij, ab ipsissimo spiritu nequam, Patre men-
 daciorum ut aliàs sæpius, ita in hac quoque causâ agitati. Unum e-
 jusmodi scriptum ipse vidus vidit, ac refutavit tom. 8. pag. 206.*

*Wellische Lügen-Schrifft / von D. Martini Lutheri todt.
 4. Beatissimam autem mortem Lutheri, vñ ev áγιοις statim
 insecuta sunt, quod sæpius prædixerat, maxima calamitates, ut fie-
 ri solet, si quando ejusmodi Heroas & salutaria organa, præsertim ex
 ordine Ecclesiastico, DEUS ingrato mundo præripit, quod testa-
 tur Ies 3, 2. 3. seqq. cap. 57, 1. 2.*

5. Nempe i. gravissimæ *συντάξεως* in Politia, etiam inter
 Domi-

ipes,
 rma.
 on-
 o-
 omni
 n DEI
 it ipse
 slebi-
 solum
 atro-
 disti-
 latura
 Jonã
 r jure
 ensium
 qua ad
 verbi
 s Eccle-
 io, Su-
 nber-
 D. Lu-
 t. Quã
 de da-
 obtinu-
 agend.
 Dico
 Doct.



*Dominos Comites Mansfeldenses. Spangenberg in Chron. 2. Bel-
lūm germanicum, s. Schmalcaldicum admodum funestum &
triste, utpote maximam partem intestinum, Evangelicis ob victo-
rias Caesaris, eo tempore Papa Clementis artibus in Lutheranorum
persecutionem concitati, valde formidabile. Ideoque etiam multi
ad abnegationem veritatis coacti sunt, quidam etiam per concia regi
sponte defecerunt, ob metum persecutionis Matth. 13, 21. De hoc bel-
lo pluribus dicere, non est huius loci. Legatur Sleidan. Comment.
lib. 18. & 19. Thuan. lib. 2. & 4. Hopfn. Saxon. Evang. sect. 1. part.
3. cap. 4. pag. 168. 3. Hæresium fœcunda seges, discordia ac
portenta opinionum, ita ut constantia & concordia cum ipso
Luthero sepulta esse diceretur.*

*6. Atque in earum Catalogo, quæ has Ecclesias potissimum
turbârunt, occurrit*

Sub I, Superintendente Generali M. Johanne

Spangenbergio,

II. SYNCRETISMUS

*Religionis Lutheranae & Pontificiae; seu potius Interreligio.
Nimirum ut sub quodam pretextu & occulta fraude, in Ecclesias no-
stras toti Papatus terrena denuò reduceretur, & homines pedetentim
assuescerent ritibus abrogatis; cum jam Caesar Carolus V. de libertate
Germania triumphare videretur, post confectum bellum Schmalcal-
dicum, in comitiis illis armatis 1548. Augusta Vindelicorum, Caesaris
jussu, scriptus est liber de Religione, qui in recessibus Imperij Decla-
ratio religionis, vulgò autem Interim nominabatur.*

*7. Hujus authores fuerunt Triumviri illi neutrales; Juli-
us Pflug / Episcopus Numburgensis; Michaël Sidonius, Suffra-
gan. Moguntia, postea in premium laboris factus Episcopus Merse-
burgensis; & ille Ecebolus Johannes Islebicus, alias Agricola, An-
tinomus, nullius religionis homo, Epicuri de grege porcus; qui ob na-
vatam hanc operam liberaliter dotati sunt omnes à Cesare; idcirco*

joco

jocorum temporis dicebatur, illos propterea chrisma & oleum Papa defendere, ut inde unctiores discederent. Sleid. lib. 20. & 21. Ihuau. lib. 4.

8. Sed nequicquam profuit Casari intermistica illius Religionis commentum ac studium, quandoquidem ab utriusque partis Doctoribus acerrimè impugnatum fuit, quod testantur à nostrà parte scripta Wigandi, Cœlestini, Flacij Westphali, Galli, & aliorum: unde postea in tantum contemptum venit ille liber, ut posthabito Casaris edicto Imperiali severissimo, quibusdam Religionis monstrum, scortum, idolum, alius sphinx intermistica vel augustana, chaos, & proverbio diceretur, das Interim habeden schalt ninter ihm. Enigmata hujus Sphingis, hoc est, religionis intermistica dogmata & paradoxa, recenset Sleidan. d. lib. 20. vide etiam Excell. Höpfner. in Saxon. Evang. pag. 24. Ex hoc serpentino semine quamplurima postea enata sunt γενήματα ἐξιδύων ut ex seqq. quodammodo patebit, quorum paucissimi fructus resipiscentia dignos tulerunt.

9. Talem exitum habere solent ἀσώρων religionum tentata conciliationes, quod testantur exempla quamplurima, irenica, colloquia, &c. Scilicet quia praeceptum est divinitus, ut DEI verbo necquicquam addamus nec detrahimus, Deut. 12, 33. Matth. 28, 19. Apocal. 22, 18. & sacramenta ritè administremus Matth. 28, 19. Hoc facite, Luc. 22, 20. 1. Cor. 11, 24. ideò ferè inutilis, imò indignus labor est, qui in falsarum religionum conciliatione insumitur. Quae enim communio luci cum tenebris, Christo cum Belial? 2. Cor. 6, 14.

10. Interim temporaria illius religionis formula multum negocij facebat his Ecclesiis, nec minus periculi creabat contradicentibus, ob Vertumni Islebiensis, Johann. Agricola auctoritatem & prestigias. Videatur Confessio Mansfeldensis Anno 65. pag. 137. Et Mencilius in citat. pref. scribit: Als D. Lucher Anno 1646. in diese Graffschafft gen Eisleben von E. G. Herren Vorfahren erfordert

Bela
um &
victo-
orum
multi
ca regi
oc bel-
ment.
part.
dia ac
a ipso
simium
ligio.
as no-
entim
ertate
nalc al-
Casaris
Decla-
Juli-
Suffra-
Merse-
a, An-
ob na-
idcirco
joco



fordert worden / vnd sich mit allem fleisse / umb die bestellung der Kirchen vnd Schulen angenommen / M. Simon Wolfram abgeschaffet / die beyde Schulen zusammen gesetzt / vnd in eine bracht / den alten Herrn M. Johann Spangenberg / zum General Superintendenten fürgeschlagen / vnd alles auff das allerbeste in Kirchen vnd Schulen bestellet / vnd geordnet / auch durch einen schriftlichen vertrag / wie es hinsüro mit allem gehalten werden sollte / bestetiget. Vnd darauff / als Er seinen lauff nach Gottes willen vollbracht / allhier sein ende seliglich den 18. Febr. am tage Concordiæ & Constantiæ beschlossen hatte / da hat der Sathan noch weniger / denn jemahls zuvor / geruhet / sondern unsere Kirchen auff mancherley wege vnd weise anzuseinden / vnd zuvervnrühigen angefangen vnd fürgenommen.

Denn da Anno 1548. nach dem deutschen kriege / von dem Reichs-Tage zu Augspurg das Interim auff die bahn kömpt / da sind wir mit demselben hefftig angefochten worden / daß man vns dasselbe mit gewalt hat auffdringen wollen. Es hat aber Gott den Herr diese gnade gegeben / daß sich E. G. mit den benachbarten Herz. Graffen verglichen / ihre Theologen zusammen geschickt / daß sie dasselbe Buch mit einander in Gottes-furcht verlesen. Vnd nachdeme in demselben die vielfältigen Papistischen irrthumb wieder eingeführet vnd bestetiget worden / ist solches E. G. in einer sonderlichen Schrifte fürbracht vnd angezeigt worden. Darauff sich dieselben mit einer vnterthänigsten vnd ausführlichen Schrifte gegen Kaiserliche Majestät entschuldiget / vnd ihre Kirchen mit diesem Buche vnbeschweeret zu lassen / auff demütigste gebeten / vnd auch erhalten haben.

II. *Ex Casareo illo Interim natum est Interim Lipsense. Ut enim Casari gratificarentur, mutatis articulis pontificiis durioribus, aliam Sphingem finxerunt Theologi quidam Misnici, inter quos precipuus fuit D. Pffessinger Lipsiensis Superintendens, Sy-*

ner-

23

nergistarum non postremus, qui Ecclesias Mansfeldenses non parum inquietavit & distraxit. Interim autem illud Lipsense aliàs dicitur

III. Adiaphorismus.

Nam ejusdem authores pretendebant, controversiam esse saltem de quibusdam adiaphoris, hoc est, rebus mediis indifferentibus, de veste lineae, cereis, Chorrock / & quibusdã ceremoniis externis, &c. propterea pacem Ecclesia non esse turbandam, sed cedendum adversariis, in honorem Caesaris, nec audiendos Stoicos quosdam & morosiores rixatores in nugis tragedias agentes; quã in re etiam Philippos communis Germania præceptor aliquid humani passus, amore ac studio pacis, quod pretendebat, sed revera ex nimio metu periculi ac persecutionis, summo cum discrimine Ecclesiarum Evangelicarum, Adiaphoristis suam operam navavit, & hæc ratione percellatorem ferè primarium egit Romanae Thaidis, sanguine sanctorum ebria, parum tum temporis cogitans illud Zacharia cap. 8. Diligite pacem ac veritatem.

12. Quanta autem exinde mota sint certamina de rebus maximis, & quàm miseris modis dilacerata fuerint Ecclesia Evangelica in toto Imperio, testantur illorum temporum historia & scripta, nec non querela Theologorum sincerae religionis amantium. Inter alia acta colloquij Altenburg. anno 1568. Sanè Ecclesias Mansfeldenses maximoperè afflixit illa Religio aulico-politica, ut testatur Mencilius cit. loco: Wie wir aber dieser sachen vnd sährlichkeit (wegen des Rånserlichen Interims) kaum ein wenig loß seyn / sellet der Streit von der Adiaphoristerey ein / welcher seinen anfang vnd occasion auß dem Interim bekommen hat / daß man über dem Chorrocke / vnd den mitteldingen anfang zu disputiren, ob man den Pabst vnd Rånser zu stillen / vnd frieden zu erhalten / in demselben Adiaphoris weichen / vnd die gefallenen Pábstischen Ceremonien wiederumb auffrichten könne / oder nicht? Vnd weil etliche grosse fürnehme Leute / auch vnter den Herren Theologen dazu riechen /
wis

wir aber das gegenspiel hielten / wurden wir darüber hart verdacht / auch oft übel angelassen vnd verdammet.

13. Tandem, ut alia inter Theologos Augustanae Confessionis orta controversia, ita & hac in formula Concordiae Christianae articulo 10. decisa & sopita fuit, cui nos omni ex parte ὁλοψύχως subscribimus.

Beatum ex hac vitâ discessum primi Superintendentis in Comitatu Mansfeldensi D. M. Johan. Spangenbergij, viri de Ecclesiâ Christi multis in locis meritissimi & celeberrimi, ac caelestis veritatis, prout ea per Theandrum Lutherum ex DEI beneficio revelata fuit, propugnatoris acerrimi, insecuta sunt plura & graviora certamina. Et exstat Epistola Philippi Melanchthonis, quam ad Ecclesiam Mansfeldensem scripsit post Spangenbergij obitum. In illa non solum condolet Ecclesia nostra, sed & hortatur superstites omnes, ut hujus Viri nomen, doctrinam, labores, acta & scripta diligenter in posteritatis gratiam conservent. Digna visu est illa epistola, quae hic infereretur.

Ecclesiae DEI in Comitatu Mansfeldensi

Philippus Melanchthon S. D.

Ecclesia inde usq; ab initio posteris memoriam tradidit & eorum, qui praecipui doctores fuerunt, & generis doctrinae: ut sciret posteritas, quam doctrinam, per quos traditam, quibus confirmatam testimoniis vel judiciis accepisset; & normam certam haberet, ad quam conferret sententias sequentium doctorum. Ita Irenaeus Polycarpum citat, qui fuit auditor Joannis. Et Basilus nutricis testimonium celebrat, quae audierat Gregorium Neocæsariensem, de tribus personis divinitatis. Et cum in Ecclesia Antiochena, quae à Petro Apostolo doctrinam acceperat, & fuerat praecipua schola, Samosatenus audacissime corrumpere dictum in Joanne, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, opposuerunt Malchion & Dio-

& Dionysius: alter Antiochenæ Ecclesiæ, alter Alexandri-
 næ, testimonia tradita per Apostolos & eorum auditores.
 Hanc diligentiam conservandæ memoriæ veterum, qui re-
 ctè docuerunt, & eorum monumenta custodiendi, utilem
 esse posteritati nequaquam dubium est; quæ etsi longo tem-
 pore intermissa est, cum nec una doctrinæ vox certa esset,
 & pastores muti essent, ac nequissimis monachis summum
 gradum, videlicet munus docendi cessissent, qui fabellas
 ad quæstum accommodatas circumferebant, tamen nunc
 magna cura renovanda erat. In publicis monumentis Ec-
 clesiæ & Resp. annotare debebant, per quos viros emendata
 sit quolibet loco vox doctrinæ, & quorum judiciis singuli
 approbati sunt. Habuit autem Ecclesia vestra gravem &
 honestissimum senem Gutelium, qui initiò puram doctri-
 nam vobis tradidit. Postea de Lutheri judicio senex vene-
 randus Joannes Spangbergius Ecclesiis vestris præfuit,
 cuj⁹ extant libri: ac fuisse eum probatum Reverendo D. Lu-
 thero, D. Langio Erfordiensis, D. Pomerano, & cæteris in
 totâ Saxonîâ docentibus, meministis. Ut igitur posteri sci-
 ant, vos habuisse hunc restem veræ sententiæ, & custodiant
 doctrinam ab ipso acceptam, ut jubet Paulus depositum fi-
 deliter custodire: hortor vos, ut ejus nomen, & admini-
 strationis tempus in monumentis vestris annotetis, & scri-
 pta conservari curetis. Valdè metuendum est in his ruinis
 Imperiorum, majores Ecclesiæ dilacerationes secuturas es-
 se, in quibus proderit videre: quorum fuerit eadem sen-
 tentia, & probati doctores tanquam norma sequendi erunt.
 Jussu igitur & hoc carmen edi, ut memoria nominis Spang-
 bergij diuturnior sit, & ut doctrinam ejus magis ament ju-
 niores. Est autem laudanda pietas Mencilij, quòd hanc hi-
 storiam recitavit, & ut suam erga fidelem pastorem obser-
 vantiam

D

vantiam declararet, & ut cæteris ostenderet concordiam in Ecclesia & schola vestra, & mutua omnium docentium benevolentiam & fuisse & esse. Id exemplum & cæteris utile est. Etsi autem præcipuè DEI beneficium est, quòd habetis multos viros doctos honestos & concordés in Ecclesiis & scholis vestris: tamen & Spangebergi modestia multum ad concordiam proderat. Hic cum eruditione, & multis virtutibus excelleret, tamen ab ambitione alienissimus erat. Et candor in eo erat eximius. Mencilium verò scitis & antea bene meritum esse de juventute vestra, & ornamento esse vestræ Ecclesiæ. Hujus officium in hâc historia etiam candidè probare vos decet. Bene & feliciter valete, Idib. Decemb. 1550.

IV. MAJORISMUS

14. *Alter fœtus Spbingis Interimistica;*
Quòd bona opera necessaria sint ad salutem.

SUB II. SUPERINTENDENTE

Dn. D. Georgio Majore.

*Fuit hic Witteberga Professor, B. Lutheri & Philippi ab-
negvos & collega, illius etiam discipulus, postea adiaphoristarum an-
tesignanus, qui Theologiam oratorio more potius, quàm ad Præce-
ptoris exemplum docebat. Post Lutheri mortem ex interimisticis &
adiaphoristicis contentionibus eò adductus fuit, ut bonorum operum
necessitatem ad salutem statueret, quod dogma secum in hunc Co-
mitatum intulit. Rem hanc sic narrat Mencilius cit. loc. Bald da-
rauff / wie nach des alten Herrn M. Johann Spangenberges seli-
gen abgange / die Superintendentz vaciret, v. ledig stehet / v. von
etlichen theilen der Herrschafft / D. Georgius Major, gen Eisle-
ben bracht / vñ an statt des Superintendenten gebraucht werden soll-
bringeter vns den freit von guten Wercken mit sich / das er in offe-
nen Schrifften vnd Predigten die Papistischen reden: Gute werck
sind nöthig zur seligkeit / es ist vnmöglich / ohne gute Wercke selig zu
werd*

27

werden / vnd niemand ist jemahls ohne gute Werck selig worden / etc.
verteidiget / schützet vnd außbreitet. Da bekommen wir grosse
mühe vnd arbeit / solchem zu wehren / vnd vnser Kirchen für diesen
corruptelen vnversühret zu erhalten. Vnd weil wir auch wieder
D. Majorn, der bey vielen Leuten in grossem ansehen war / vnser
offene Bekändnis vnd Schrifften müssen außgehen lassen / gereich-
te es vns nicht zu kleiner gefahr / vnd stund darauff / daß vnser eeliche-
teten / wie an mehr Orthen geschach / außgehoben werden sollen.

Pleniùs recitatur hæc historia, cum argumentis hujus
controversiæ in utramque partem disputatis, in Confessio-
ne Mansfeldensi, quam edidit Ministerium totius Comita-
ne Mansfeldensi, Anno Christi 1564. seqq. anno. 65. Is-
tùs post Synodum IV. Anno Christi 1564. seqq. anno. 65. Is-
lebij excusam pag. 95. Historia sic se habet: *Post sanctum*
Reverendissimi Viri & Patris, ac Superintendentis nostri, fidelissi-
mi & charissimi D. M. Joannis Spangenbergij felicis memoria, o-
mi & charissimi D. M. Joannis Spangenbergij felicis memoria, o-
mi & charissimi D. M. Joannis Spangenbergij Collega no-
bitum, Patris reverendi Viri D. M. Cyri Spangenbergij Collega no-
bis dilectissimi, qui anno 1550. apud nos Islebia, post multos sanctos
labores, & acerrima pro defensione veritatis certamina, eo tempore
ex hac mortali vita discessit, quando disputationes interimistica,
annis aliquot præcedentibus in vicinia nostrâ grassantes, etiam nos
non parùm affligerent. Cùm officium illud inspectionis per bien-
nium ferè vacasset, & in Scholam, post mortem Doctissimi Viri, Dn.
M. Andrea Kegelij, vero pietatis zelo ardentis, M. Mauritius Hel-
ling vocatus esset, ipse & Doctoris Melchioris Klingij, (habitantis
tunc propter pestem in Salinis grassantem, hic Islebia) promotioni-
bus & instinctu, D. Georgius Major, ut per annum munus Inspe-
ctoris obiret, vocabatur. Cùm igitur nos, qui Islebia tùm Ecclesiis
tùm Scholis præcramus, omnes in arcem Islebianam vocaremur, no-
bisq; de D. Majoris vocatione, qui tùm coràm aderat, nomine Illu-
strum & generosorum nostrorum Comitum indicium fieret: Et D.
Major jam tùm scripto publico, de depravationibus interimisticis,
& corrupto articulo Justificationis, ab Ambsdorffio accusatus fu-
isset:

isset: & passim in ore omnium vagaretur, ipsum acerrimum defen-
sorem esse, tam omnium actionum Adiaphoristicarum, quam vestis
lineæ, quam Adiaphororum assertores omnibus conabantur obtrude-
re: Protestatione necessariâ & seria præmissâ, in vocationem qui-
dem Majoris consensimus. Sed summa Protestationis hac erat: Si
D. Major hoc nobis certò & bona fide promitteret; quòd nihil in Ec-
clesiis nostris mutaturus, aut novorum rituum introducturus, neque
apud nos interimisticam, aut aliquam aliam doctrinam falsam
sparsurus, & de accusatione publica responsurus, & piis vera excu-
satione ac declaratione sententia sua, quòd Doctrinam sanam no-
strarum Ecclesiarum amplecteretur, atque à Doctrinâ Lutheri non
discederet, satisfacturus esset: Nos ipsi obædientiam, pro officij na-
striratione, sponte & fideliter præstaturus, ipsiusq; inspectioni sub-
jectos fore. A Mansfeldensibus verò id, etiam paribus conditioni-
bus impetrari non potuit, qui, ut ejus inspectionem recusaverunt:
sic in illo cum Islebiensibus consentientes fuerunt, ut seriam & ve-
ram de objectis criminibus responsionem Ecclesie DEI adferret, ab eo
postularent. Hinc igitur occasione sumpta, primum illud contra
Ambsdorffium scriptum edidit, in quo non modo illam unam propo-
sitionem: Quòd opera bona ad salutem sint necessaria, defendit:
sed & reliquas duas priori deteriores, apposuit, nempe: Quòd im-
possibile sit, sine bonis operib; quemque salvari: Nec unquã ullum ho-
minem sine operibus bonis salvatum esse. Quòd ut occasio fu it, ut
paulò post uno eodemq; tempore tres libelli, Ambsdorffij, D. Illyiri-
ci, & Galli, contra hac nova & à nostris Ecclesiis alienissima para-
doxa prodirent: Ita & nos scriptum illud graviter offendit, ac nos,
quòd non solum à Majore quòd petieramus, & quòd fide data præ-
miserat, non obtineremus: sed turpiter ab illo decepti essemus,
edocuit,

§. 15. Deinde recensent, quomodo Collegas à suis pa-
radoxis dissentientes, publicè pro concione, & in convivis
acerbè

29

acerbè perstrinxerit D. Major, ac tandem etiam virulento quodam scripto diffamare conatus sit, instigatoribus potissimum D. Klingio, Consiliario Mansfeld. & M. Helling, Gymnasij Rectore; quibus postea accesserunt alij quidam magni generis & nominis Viri. Concludunt autem comœdiam his verbis: *Dum opus sub praelis est, fortè tum generosus & inclytus Comes Dn. Albertus missione & reconciliatione à Cesare à Majestate impetratà, in Ditionem suam redit. Is, D. Majoris in Comitatu praesentiam, & Ecclesiarum ab ipso turbatarum statum cognoscens, filium Dominum Carolum Islebiam mittit, ac per eundem illum discedere jubet: & nisi dicto pareat, se alià ratione cum ipso acturum esse, ostendit. Quo nuncio tantà trepidatione occupatus est D. Major, ut etiam penè noctu ex Islebià discedens, se in fugam conjiceret. Nihilominus tamen opus suum Senatui populog, Islebienti ab ipso inscriptum, & sub horum nomine in publicum prolatum est. Quod tum alij pij multi extra Comitatum valdè improbarunt, tum nos quoque id nobis molestissimum fuisse, scripto de hoc publicè emisso, ostendimus. Sed reliquit post se semen D. Major, & extrema suum Stephanum Agricola, ex Majorista Papistam & apostatam factum. Qui, cum adjunctum sibi haberet M. Hellingium, & alios etjam Schola ministros, pasquillis & disputatiunculis ad tempus ludere, & nobis molesti esse cœperunt, donec Reverendissimo Viro D. Erasmo Sarcerio, ex communi omnium Comitum consilio, ad vacans tunc inspectionis munus vocato, Synodus anno 1554. convocaretur. Ubi cum & Agricola & socij ejus vocarentur, & illa paradoxa à patre suo Majore accepta defendere & tueri non possent, omnium tum Magistratùs, tum Concionatorum suffragiis, à nobis discedere jussi sunt. Sic rursus turba per Majorem excitata in Ecclesiis nostris conticescere, & pax inter Ministros omnes esse cœpit.*

pag. 98.

16. In his ultimis verbis notabit inter alia inprimis pius Le-
ctor, quòd dimisso Majore, D 3 Sub

Sub III. Superintendente Dn. Erasmo

Sarcerio,

Prima Synodus

Ministerij totius Comitatus Anno 1554. Islebij in Curia Senatoria celebrata, Majoris paradoxon examinavit & publico decreto rejecit. Fuit hic Sarcerius professor Theolog. in Acad. Lipsiensi, eumq; multis precibus ab Electore Mauricio impetrarunt Dnn. Comites. Schlüsselburg. in Catalogo Hæreticorum de Majoristis fol. 116. ita scribit: Stephanus Agricola Pastor ruralis erat ante aliquot annos in Comitatu Mansfeldensi ambitione plenus. Is papistica illa Majoris dogmata complectebatur, dum D. Major Islebij esset. D. Major letus de applausore eum studiosè confirmabat. Tandem verò Majore in suum locum reverso, cum judicio Synodi Islebiana, cui Sarcerius p. m. præerat, Stephanus ille, cum sanari nollet, excluderetur Comitatu, Witteberga pro eo certamine coronam Magisterij accepit, & c. vide Schlüsselb. lib. 7. ubi totâ historiâ atq; errores Majoris recenset.

17. Hujus Synodi acta germanicè impressa sunt Islebij, ubi inter cetera gravissima adducuntur rationes, cur hæ Majoris periculosa & scandalosa phrasæ & sententia decreto Synodali rejecta & damnata sint.

Dolemus autem, quòd hodiè quidam magni nominis Theologi has phrasæ (Bona opera sunt necessaria ad salutem; sunt causa sine qua non; causa salutis conservantes; impossibile est sine bonis operibus salvari; & c.) olim gravi consilio, & tot pregnantibus rationibus ex Ecclesia eliminatas, denuo reducere satagunt, οφὰ φάρανα affingentes, à quibus meritò nos segregamus, secundum Formule Concordiæ art. IV.

V. Synergismus.

§. 18. Occasionem huic errori itidem præbuit infelix illud Interim, quod fuit quoddam quasi seminarium & facunda radix errorum, & lerna schismatum, quod historia testantur. Disputabant au-
tere

31

tem Synergista; Hōmini post lapsum tantum virium relictum esse, ut aliquo modo se ad gratiam preparare, applicare & verbo DEI assentiri possit. Victorinus Strigelius, Professor Jenensis, hujus dogmatis $\kappa\omicron\epsilon\upsilon\phi\alpha\acute{\iota}\omicron\varsigma$, fax & tuba, hanc propositionem voce & calamo tuebatur ac propagabat; Esse adhuc aliquas vires internas, reliquas in homine non renato, etiam in spiritualibus ad conversionem & salutem sui, licet languidas & ignavas; ad quas excitandas vel movendas & corroborandas opus sit Spiritu Sancto, quies per verbum commoveat & corroboret. Id nominarunt Synergiam hominis $\psi\upsilon\chi\iota\kappa\acute{\alpha}$ seu carnalis, in sui conversione, quam postea damnavit Liber Concordia art. 2. Synergistarum historiam lege lib. 7. Catal. bares, Schlüsself.

§. 19. Dum hæc aguntur in Comitatu Mansfeld. bellum Casari movit Mauricius Elector, non minus captivi Landgravi, quam religionis, aliorumque in Imperio gravaminum causa, ac per DEI gratiam rem inter cetera eò deduxit, ut anno 1552. Passavij, pax Religioni Evangelica promitteretur, qua post laudatissimi Herois Mauricij beatum obitum, operâ studioque fratris Augusti Electoris publico decreto Imperij confirmata & sancita fuit. Sleid. lib. 24, 25. Hinc ergo occasione sumptâ novorū dogmatū authores liberiùs disputare, & omnino id agere, quasi sub hoc Palladio Germaniæ (sic jure merito à quibusdam vocatur Pax Religionis:) pro suo lubitu de articulis fidei fingere & loqui liceat, quod quisque vellet.

20. Quoniam ergo tot errorum monstra ubique grassabantur & Ecclesiis Mansfeldensibus exinde non levia pericula imminebant, ne zizania inter triticum, ab hoste, dormientibus hominibus sererentur ac succresceret, operâ & studio Sarcery, Viri vigilantissimi, ac de suâ Ecclesiâ maximè solliciti,

Secunda Synodus partialis.

Anno 1557. celebrata fuit. Convenerunt enim tantummodò Pastores in illâ Synodo, qui sub patrocinio & in praefecturis juniorum Dn. Comitum, anterioris linea sacro ministerio fungebantur. Reliquo-

liquorum Dnn. Comitum Pastores, nescio quo, per accidens interveniente impedimento (sic loquuntur in declaratione confessionis anno 62. edita, 6.3.) subscribere non potuerunt.

§. 21. Scilicet, quia nondum in omnibus Ecclesiis pagorum abrogata erant ceremonia papistica, nulla conformitas rituum observabatur & in praxi ministeriali Pastores novitij sepius impingebant, de his rebus potissimum in eo conventu deliberatum fuit, & postea conclusum, quod ad disciplinam & praxin ministerialem, ad decorum & bonum ordinem in Ecclesia spectat, prout legitur in brevi quodam scripto, eodem anno Islebij impresso. Paulò post, nempe anno 1559. ab iisdem Pastoribus Confessio edita fuit de multis gravibusq; controversiis, eà tempestate contra S. Sanctam scripturam, Lutheri doctrinam & augustanam Confessionem hinc inde partim noviter motis, partim renovatis ab 1. Anabaptistis, 2. Servetianis, 3. Stanckaristis, 4. Antinomis, 5. Jesuitis, 6. Schwenckfeldistis, 8. Sacramentariis seu Calvinianis, 9. Osiandro, 10. Synergistis, 11. Majoristis, 12. Adiaphoristis. Quorum omnium argumenta in illà Confessione prolixè exposita & refutata, veram autem sententiam dictis scriptura & Patrum testimonis confirmatam legimus, eòq; pium lectorem remittimus.

22. Illud autem silentio praterendum non est, quòd eotempore circa ann. 1559. parochia extra Islebium, in juniorum Dnn. Comitum prefecturis, in certa collegia sub decanatibus distributa sint, ut apparet ex predicta Confessionis subscriptione M. Mich. Cælij, Pastoris & Decani Mansfeldensis, ad cujus inspectionem tum pertinere omnes subscripti Pastores veteris prefectura Mansfeldensis, (Nunquam Mansfeldi) quorum postea Dec. Past. Leimbachensis propter Spangenbergij tumultus & errores, factus est. Porro subscripserunt cum confratribus suis Andreas Heidenreich, Pastor & Decanus Gerbstadij in prefecturà Frideburg. Johannes Sprungl Pastor & Decanus Heldrungensis. M. Johann Benedictus, Pastor & Decanus

& Decanus Arterensis. Johannes Schola, Pastor & Decanus zu
 Quenstedt im Ampt Arnstein. Johannes Collmbach, Pastor & De-
 canus Morungensis. Item duo Pastores zu Newgatterleben und
 Kotha. Hujus boni ordinis in Ecclesiis nostris Sarcerius III, Superin-
 tendens auctor esse videtur; qui etiam à Dnn. Comitibus impetra-
 vit, ut Consistorium, juxta Lutheri pactum & prescriptum institu-
 eretur. Item Sehnschöpfen/Bann process. prima Ecclesie agenda,
 salaria de decimis cupri, &c. ipsum quoq. authorem habent. Hujus
 exemplum postea secutus est Dn. Mencilius in disponendis Decana-
 tibus ceteris, sub Dnn. Comitibus media & ceterioris linea.

SECTIO III.

Ab anno 1560. usque ad editionem Formu-
læ Concordiæ,

Sub IV. Superintendente M. Hiero-
nymo Mencilio.

§. 1. Hic ex parochia Nicolaitanâ, cui 7. annos præerat, ad
 ephoriâ Ecclesiarum Mansfeldensium generalem, consentientibus vo-
 cis Dnn. Comitum, Dn. Johannis Georgij, Volradi-Christophori, &c.
 requisitus, initio difficulter potuit persuaderi, ut vocationem susci-
 peret; donec totius Ministerij Islebiensis, & M. Cyriaci Spangenber-
 gj Decani & Pastoris Mansfeldensis, judicio & hortatu permotus,
 ad certa postulata, quibus unionem & concordiam Ecclesiarum &
 Pastorum omnium, itemq. Consistorij instauracionem, & conformi-
 tatem rituum in Ecclesiis petebat, nutum & voluntatem DEI agno-
 sceret & vocationem sequeretur.

2. Præfuit autem huic muneri integros 30. annos, maximâ
 cum laude & ædificatione Ecclesie, gravissima expertus pericula &
 labores difficilimos. Nam præter alias difficultates & molestias, e-
 tiam ex ipsius collegio & amicis intimioribus surrexerunt falsi fra-
 tres, λῦδοι βαρεῖς μὴ φειδόμενοι τῶ ποιμνίῳ, λαλῶντες διεσφαιμένα.

E

ΑΠ.

ve-
 anno
 ab-
 bsero
 nge-
 &
 ad
 bre-
 mpe
 gra-
 am,
 rtina
 ctia-
 6.
 9.
 istis.
 ta &
 mte-
 s.
 tem-
 . Co-
 ibute
 Mich.
 onenz
 Mans-
 eben-
 Porro
 pastor
 ungt/
 pastor
 canus

*Act. 20, 29, 30. de quibus postea dicemus. Quinquies visitavit loca-
liter omnes in Comitatu Ecclesias.*

*3. Initio periculosa erat Pastorum distractio, cujus sect. praece-
denti, §. 19. & 20. mentionem fecimus. Hanc enim quidam exteri
eò interpretabantur, quasi ministri Ecclesiarum Mansfeldensium in
doctrinâ dissiderent: Imo & quadam dogmata in confessione anno
59. edita (ut habet §. praecedens 20.) non satis declarata adversarij
cavillabantur. His & aliis de causis*

III. Synodus generalis

*Anno 1562. habita fuit, in quâ (1.) super praedictam confessionem
declarationem quandam ediderunt, eiq; subscripserunt Pastores o-
mnes & singuli, tum temporis inspectioni Islebiensi subjecti.*

*§. 4. Initio maximoperè predicant DEI beneficium, eo tem-
pore Ecclesiis Mansfeldensibus propemodùm peculiare, in conserva-
tà doctrina puritate, hisce memorabilibus verbis: Anfanglich
danken / vnd preisen wir GOTT den Vater vnsers HERRN JESU
Christi von ganken Herzen / daß er auß milder vnd Väterlicher gü-
te / in dieser Herrschafft sein heilig / selig vnd lebendigmachendes
Wort / rein vñ lauter gegeben / auch bißhieber für aller verfälschung
wieder des Sathans / gefährlichen griffe vno anschläge / gnädiglich
erhalten hat. Denn wir ihm zu ehren auch bekennen müssen / daß
sich der Sathan nicht weniger umb vns vnd unsere Kirchen mit ge-
fährlichen griffen / vnd nicht durch geringe Leute bemühet hat / als er
an vielen andern mehr gethan / vnd ausgerichtet hat. Daß aber
wir vns das rechte Ziel der warheit nicht haben ver-
rücken lassen / können wir vnserer armen Einfalt nicht
zumessen / sondern müssen es seiner Göttlichen Gna-
den Werck / vnd allergrößte Wohlthat seyn vnd blei-
ben lassen / etc. Zum andern / danken wir vnterthänig vnd höchlich
den Wolgebornen vnd Edlen Herren / den Grafen vnd Herren zu
Rang:*

35

Wanßfelde/ etc. allen vnsern gnädigen Herren / daß ihre Gn. wie
auch deroselben löbliche Vorfahren/ bisher bey der forsetzung vnd
beschützung des Göttlichen Wortes vnd reiner Wahrheit / nach ih-
rem besten vermögen treulich gehalten / welches ihren Gn. nicht al-
lein in diesem leben bey allen rechtschaffenen Christen zum höchsten
loblich vnd rühmlich ist/ sondern wird auch an jenem Tage für allen
außerwehleten von vnserm lieben Herren Jesu Christo eröstlich
vnd herrlich angezogen/ gerühmet vnd vergolten werden / wie denn
auch dieses das allerhöchste vnd beste stücke des Ampts ist/ das welt-
lichen frommen Regenten befohlen ist / daß sie den Sohn Gottes
küssen / vnd dem Könige der Ehren ihre Thor öffnen / vnd weit-
machen sollen / davon sie Gott mit seinen eigenen Namen ehret
vnd schmücket/ vnd Götter nennen leffet.

Item/ sie vermahnem auch/ daß die Herrschafft vnd Obrigkeit/
neben vnd bey der seligmachenden reinen Lehre die Christliche / nö-
tige Disciplin, welche denn die täglich wachsende bößheit der Welt
je mehr vnd härter erfordert / nicht verhindern / sondern wie bisher
loblich / vnd Christlich geschehen / in ihrem gange erhalten vnd be-
fördert solle. In betrachtunge / daß eines ja so wol von Gott be-
fohlen ist/ als das andere/ vnd ist nicht gnugsam / daß man vergön-
net recht zu lehren/ wo man nicht mit ernst dazu hilffte/ daß man auch
recht vnd Christlich lebe. *Reliqua hujus Synodi acta recenset Dn.
Mencelius alibi in scripto quodam: Ea sunt (2.) Compositio libelli
ad nascentem Ecclesiam Gallia, quam vocant, Summam purioris
doctrinae de Sacrosanctâ Cœnâ Domini, autore Mence-
lio, &c. Rationem hujus sui scripti reddunt in prefatione, ubi
vide.*

5. Inter alia notatu digna sunt seqq. verba: A. 4. fac. 2.
Cæterum de vobis non sumus usque adeo solliciti in aliis
articulis, nisi in hoc unico, qui spectat Sacramentum Cœnæ
Dominicæ, quæ doctrina maximi certe momenti est apud

Omnes religionem Christianam sincerè profitentes. Non ignoramus eos, qui hæcenus segregaverunt se ab incorruptâ voce Evangelij, imò qui mutationem fecerunt doctrinæ in hoc articulo, non ambulantes juxta verbum & expressam vocem doctrinæ, sed fucosis argumentis Philosophiæ & sapientiæ humanæ plebeculam irretire volentes, non solum vininos esse vobis, sed etiam præsentium & præsentium negociorum in Evangelio adiutores & ministros, pro qua quidem benevolentia & officio gratias eis deberemus, nisi quod modò diximus, metuere necesse esset. Ut autem in corpore animato omnia membra succurrunt ei, quod est debilius, ut periculum quoquo modo à contagione totius corporis depellatur: ita cuperemus sanè & nos idem officij genus, consuetudine Ecclesiæ, & ratione dilectionis Christianæ in vos conferre, siquidem periculum est, ne paulum fermenti totam massam corrumpat. Et quoniam hoc ipso in loco agimus, in quo Deus nasci & mori voluit illustrissimum suæ gloriæ organon, & sincerum Evangelij Doctorem, Reverendum virum D. Martinum Lutherum, quem in hoc elegit sibi Deus, ut ipsius ministerio, in hac senectâ mundi, veritas verbi & lux Evangelij, in virtute & cooperatione Spiritûs Sancti instaurata patefieret toti mundo, evoluta è densissimis illis tenebris, quibus fuit superioribus seculis oppressa & sepulta: Itaque & majores nostri, & nos diligenti studio bonum illud depositum, quod ille per Spiritum Sanctum, juxta omnes articulos doctrinæ Christianæ, patriæ suæ commendavit, hæcenus fideliter custodivimus, ac pro defensione illius acceptæ veritatis, secundum mensuram gratiæ, quam accepimus, adversus omnes corruptelas, in horto Domini subnascentes, pugnavimus, & quoad debuimus, ratione dilectionis Christianæ & asse-

37

& afferendæ causa gloriæ Dei, cavere sibi homines, ab omni
labe errorum monuimus, id quod ex nostris confessionibus
& libellis editis publicè constat. Ac speramus, nostrum in
Domino laborem, licet minimi sumus, non prorsus fuisse
irritum & inutilem. Cum autem imprimis manifestum sit,
quantâ fortitudine & Zelo idem ille vir DEI Lutherus, è
fontibus scripturæ sanctæ, doctrinam de sacra Cœna Eucha-
ristiæ asseruerit, neque corrumpi divinam veritatem hujus
articuli passus sit, sed pro fideli commonefactione & insti-
tutione imperitorum, sua monumenta & libros ea de re scri-
ptos, posteritati reliquerit; & hâc partem depositi ej⁹ jure
ac libenter amplectimur, & ut alia ejus scripta consentane-
a veritati Propheticæ & Apostolicæ grato pectore accipi-
mus, ita illa commendam⁹ etiam aliis, cujus rei nunc etiam
vobis autores sumus, ac sedulò rogamus, ut imprimis scri-
pta Prophetica & Apostolica, dehinc & Lutheri monumen-
ta diligenter cognoscatis, & fontem veritatis inde hauri-
atis. Equidem nos, in usum simplicium ac imperitorum,
quib⁹ Lutheri scripta vel evolvere non vacat, vel qui longas
ac difficiles disputationes judicare non possunt, collegimus
pericopam sive summam sanioris illius doctrinæ & respon-
sionum, adversus plausibiles quasdam, & ex ratione sum-
ptas objectiones. Ac primùm & præcipuè desumimus eam
ex verbo Dei, deinde ex Lutheri, aliorumq; piorū & excel-
lentium Doctorum scriptis, in quo tanquam compendio
etiam veras sententias Patrum, & consensum veræ Eccle-
siæ, de hâc parte doctrinæ complecti studuimus. Hæc illi.

§. 6. (3.) *Formula excommunicationis & publicæ pœnitenti-
æ decreta est, quæ Agendis nostris inserta legitur pag. 114. cap. 19.
& pag. 117. fac. 2. cap. 20. In hâc formulâ, ut quidem primùm in
declaratione f. ij, edita est, simul etiam modum Casaræo-Papæ sub-*

E 3

Barne.

statuerunt, atque ex verbo DEI & certis rationibus indicarunt, quousque Christiani Magistratus potestas, in rebus Ecclesiasticis sese extendat. Inprimis, quod nec ipsi Magistratui, nec Consiliariis politicis aut aulicis competat, dictatorio more, ceremonias in Ecclesia usitatas, pias & utiles abrogare, aut novas prescribere; cum hoc neque Bartholo neque Baldo, sed toti Ecclesia commissum sit, pertinens potissimum ad ministrorum Ecclesie officium. (4.) Manuale Agendorum, ut vocant, collectum, de quo lege prefationes in nostris hodie usitatis Agendis. (5.) Calicis elevatio, cujus usus haecenus supererat in quibusdam Ecclesiis paganis, abolita. (6.) Ordo cantionum, festorum & nuptiarum; ac (7.) ararium pastorale pro viduis & orphanis institutum.

7. Interea acerrime inter Theologos Augustanae Confessionis ubique pugnatum est, super motis controversiis de adiaphoris, de operum necessitate ad salutem, de libero arbitrio & consuetudine hominis & in negotio conversionis, de legis usu in Ecclesia, itemque ejus & Evangelij discrimine, de Cœna Dominicâ, de personâ Christi, de predestinatione, & aliis fidei articulis. D. Paulus Eberus, Professor Theologiae Wittebergensis graviter offensus est, editione libelli Ministerij Mansfeldensis, ad nascentem Ecclesiam Gallie, de quo praeced. §. diximus, ediditque acerbum scriptum de Cœna Domini, in cujus prefatione ad ducem Borussiae Albertum non obscure perstringebat nostrates, quod sese immiscuerint rebus alienis, quod sint auctores turbarum non necessariorum, ac suâ vehementiâ in Sacramentarios, non tantum dissidia Evangelicorum, sed & Pontificiorum tyrannidem ac sevitiam augeant, & misera Christi membra lanientis accedibus hostium obijciant, saltem propterea, quod cum Ecclesiis nostris de Cœna Domini non consentiant, aut sicut illi vehementes disputatores, de presentia corporis & sanguinis Christi in Cœna sentire ac loqui non didicerint: cum alias ex ipsorum scriptis intelligat, eos nobiscum reliquos ferme omnes doctrinae caelestis articulos

sincere

37
sincerè amplecti, & cum tantà constantiâ adversus Pontificios prof-
teri, ut super suâ confessione etiam honores, dignitates, facultates,
patriam, sanguinem denique & vitam suam viliâ habeant & amit-
tant, speretq; non sine magnis causis, ipsorum consensum cum no-
stris Ecclesiis aliquando impetrari posse.

8. Idem etiam novam distinctionem effinxit de manducan-
tibus Sacramentum Cœna, tres horum ordines, circa usum Cœna
Dominica considerandos constituens, infirmos, indignos & atheos.
Inter alia affirmavit, injustum & periculi plenissimum esse, Chri-
stum personam sapientissimam & liberrimam ita ex verbis sua in-
stitutionis, ad panem & vinum alligare, ut necessario cogatur ad es-
se, non solum bruto, sed & impio homini, blasphemò Turca, & simili-
bus sacrum panem manducantibus. Post mortem Dn. Philippi Me-
lanchthonis, qui diem suum obiit, Anno 1560. 19. April. edidit eius
Commentarium, in 1. Epist. ad Corinth. ubi inter alia & hæc verba
refert; cum Lucas & Paulus dicant, hic est calix novi Testamenti,
μετ'ωνυμία est, ut si dicam; fasces sunt imperium.

9. Anno 1563. in Palatinatu sub Electore Friderico III. intro-
ductus est Calvinismus, unde statim nova Catechesis prodiit, hæc
methodo, ut 1. tradantur Credenda, 2. Facienda, ita quidem disposi-
ta, ut multò splendidior Lutheri Catechismo prima fronte videri
posset, nec obscure hunc sigillabant authores illius, potissimum in-
formalibus, ceteroquin multos fidei articulos deterrimè depravan-
tes. Edidit præterea D. Georg Major suam Postillam, cum præfa-
tione virulentâ, quâ in omnes sue propositioni, de operum necessita-
te ad salutem, contradicentes acerbè invehebat. Renovavit suum
errorem Agricola antinomus: ac tandem etiam Victorini & reli-
quorum Synergistarum aconitum ὁμοιογενῶν propius huic ovili subre-
psit, hæc potissimum occasione, quod in Thuringiâ pij Pastores, Vi-
ctorini πελαγαίαν ἰσοτον commentis plausibilibus philosophicis non as-
sentientes, magno numero ab officiis remoti ad hunc Comitatum,
tanquam

*tanquam ad asylum Orthodoxorum confugerent, & ocium nacti, quidam etiã, doctissimi & integerrimi viri, promoti ad vacãtes pastora-
tus, synergismum scriptis eruditis non minus, ac vivã voce repre-
benderent & damnarent.*

10. *Hãc de re iterum audire libet Mencil. in cit. p̄fat.* Da dieser Streit (verstehe des Majoris von der nothwendigkeit guter wercke zur Seligkeit) noch nicht aller dinge gestillet: Kômpt Victorinus Strigelius, mit seiner Synergiã herfür / vnd wil dem alten Adamischen willen die krafft geben vnd erhalten / daß er sich auß seinem eigenen vermögen zur gnade Gottes kehren / dieselbe annehmen / vnd zu seiner bekehrung mit wirken könne. Dieses war abermahl eine neue Seule / welche der Sathan dem Papsthum vntersehen wolte. Als wir nun demẽ mit vnsern Schrifften / vnd am vnserem Drehe helfen widersprechen vnd wehren / nimbt sich Doctor Johann Stössel / des Victorini, vnd seines Irrthums an / vnd lest wieder vns eine gang wütende Schrifte / vnter dem Titel vnd Namen einer Apologia, außgehen / in welcher er die Obrigkeit wieder vns antreibet vnd vermahnet / daß man vns im Lande nicht leyden solle. Wie ers den auch so weit bringet / daß etliche grosse Potentaten / vnser liebe Obrigkeit / vnser halben / mit ernst vnd harten schrifften vnd reden übel anliessen.

11. *Tot & tantis ac tam periculosis certaminibus provocati exterius & exagitati piissimi Majores, fecerunt, ut sæpius in scriptis loquuntur, pro suã simplicitate, quod potuerunt, & Principum minis, calumniis adversariorum, academicorumq; Doctorum eruditã sophistica nil territi, simplicem veritatem ingenuè confessi sunt, ac falsariis summo studio, constantiq; animo & intrepidè contradixerunt, DEO ipsorum actiones ac eventum, singulari gratiã moderante. Ideoq; tum scripto comprehenderunt erronea illa dogmata prope modum singula, inprimis Eberi $\chi\lambda\iota\omega\gamma\delta$ præpostera moderationis & lenitatis consilia erga Sacramentarios, & ejus novam, manducantium*

CANTUUM

cantium coenam, distinctionem, itemq; Catechismi Calvinistici in Palatinatu nuper nati errores, de descensu Christi ad inferos, & ascensu in caelos, de Sacramentis in genere & specie, de praesentia corporis Christi in coena, de fractione panis, de iconomachia, &c. Simul etiam examinarunt Majoris invectionas, Agricola renatam antinomiam, Victorini synergiam, & Stösselij modum agendi. Impetratâ ergo à Dnm. Comitibus concessione, instituta est

Synodus IV.

Anno 1564. in qua scriptum illud, de quo diximus, propositum, & commissum selectis ad hanc rem idoneis & doctissimis viris, ut diligenter examinarent: idq; anno sequenti, post impetratas censuras Theologorum Tubingensium, Brunswicensium, Lindaviensium, Regensburgensium & Augustanorum, &c. tandem publicam lucem vidit, excusum Islebij, sub titulo; Confessio & sententia Ministrorum verbi in Comitatu Mansfeldensi, de dogmatis quorundam proximo triennio publicè editis.

12. Hanc confessionem, quia controversias illorum temporum ex verbo DEI, ac B. Lutheri, nec non & patrum scriptis, rectè & dextrè tradit, & perspicuè explicat ac decidit; itemq; de historia Ecclesiae nostrae, superioris seculi, & quamplurimis necessariis rebus aliis commonefacit, Ministros Ecclesiae in hoc Comitatu scire quas reliis commonefacit, Ministros Ecclesiae in hoc Comitatu scire quas refert, commendamus eam sedulo nostris Dnm. Pastoribus, hâc tamen cum cautela, ut omnia dogmata, sententias & pbrases, secundum declarationem Formula Concordiae intelligant ac recipiant. Ex colatione autem cuiusvis diligenter attendenti apparebit, tam in hac, quam illâ primâ confessione Sarceryj, pios nostros Antecessores, in tot tamq; acerbis & periculosis Theologorum celeberrimorum contentionibus, propemodum solos ὑποτύπωσιν ὑγιαίνοντων λόγων έχοντας, primam schismatum glaciem fregisse, & quasi fundamentum jecisse ad futuram plerarumque Evangelicarum Ecclesiarum unionem & salutarem concordiam. Magno enim Zelo & non sine conspicuâ

F

spicua Numinis divini presentia ac gubernatione mirabili, sacrum illud verbi salvifici depositum, quod à Luthero suo acceperant, fideliter custodiverunt, & ab omnibus corruptelis ac Phylaeis externis vindicârunt.

13. In hac Synodo præterea libellum de ordine & usu cantionum Lutheri & aliorum piorum, ut quidem in diebus festis & dominicalibus per totum annum usurpari debeant, conscripserunt, qui postea insertus est Agendis publicis cap. 18. pag. 103. earumq; usum ac ordinem serio commendarunt Cantoribus, ut præscriptum modum diligenter observarent, nec pro lubitu novas cantilenas in Ecclesiam introducerent. Sunt enim ejusmodi cantiones & hymni publica vox Ecclesie, & quasi unanimis confessio, quæ privato ausu temerari aut novari non debet. Lutheri verò cantiones habent, nescio quem latentem Spiritum, & ἐνέργειαν singularem, ac puritatem doctrine, nec non & suavitatem dulcissimam, & quod de omnibus Lutheri scriptis gloriosissimus Heros ac Martyr Jesu Christi, Johannes-Fridericus, Dux & Elector Saxonie dicere solitus fuit; Lutheri schriften herren; idem sibi persuadeant Cantores de ejusdem affectuosissimis cantionibus. Non enim paria faciunt moderni compositores, quicumque tandem illi sint. Jubentur ibidem etiam Cantores oppidani, ut moderatè in templis utantur figurali Musicâ, nec suis compositionibus ac harmoniis nimium tribuant, iisdemve aut aliis totum tempus huic cultui destinatum insumant, quod hodiè à multis perperam fit, præcipuè in diebus festis, ubi ante & post conciones, è choro musico ferè nihil præter harmoniam & varios modulos audit populus, sanè exiguo cum fructu; cum tamen in congressibus publicis simplicium potissima habenda ratio esset. Legant modò præfationem illius libelli, qui hoc non cogitant, quòd rudioris quoq; vulgi causa, Musica divinitus nobis data sit, ut & ipsi ad devotionem & laudem DEI eà incitentur & assuesciant. Discant hoc, qui nesciunt, ab ipso psalmerum & modulorum inventore, ut ferè primo, sic excellere

43

cellentissimo, Regio propheta David Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, ut destruas inimicum & ultorem! Nec puto suaviorem musicam esse, quam si Christianus populus, adulti cum junioribus, viri cum mulierculis, unisonis plenisque vocibus, cantionem ecclesiasticam choralem cantant, quod experientia testatur, & antiqua Levitarum, nec non primitiva Ecclesia musica. Tum enim populus non linguâ solum, sed & corde, non harmoniâ, sed animo, sibi presenti Deo accinunt gratas laudes, ejusque beneficia predicant, & quasi manufacta cum precibus publicis ambiunt. Id propter hodiernum abusum musicae ecclesiasticae semel monere opere precium duximus.

V. Crypto-Calvinismus

§. 14. Suâ ergo illâ confessione, quam ediderant Mansfeldenses (§. 12.) Rhenum & Albim, ut germanorum proverbio dicitur, incenderunt. Primus eos insectatus est Synergista Stösselius, qui tunc temporis professor Theologiae & Superintendens Jenensis fuit, atrox calumniator, postea turpis apostata factus, ad Calvinianorum castra transiit. Coeperunt post alij quoque fremere in Mansfeldenses, ac virus rancoris & irarum evomere, inter quos primas tenuere Crypto-Calviniani in Academia Wittenbergensi, qui edito scripto, multis gravibusque accusationibus & atrocissimis calumniis Mansfeldenses insectati sunt acerrimè, & diris prorsus devoverunt, criminati eos coram potentibus mundi, ceu sathanae organa, doctores demoniacos, sycophantas, & ejus generis abis emblematicis, huic spiritui, patri mendaciorum propriis. Authores autem talismodi pro veritate certaminis fuerunt D. Major, D. Eberus, D. Crelsius, D. Pfeffinger, D. Stösselius, omnes Theologiae professores, postea etiam Peucerus, Pezelius cum complicibus.

15. Commoti hac ratione vicini Principes, & inter hos etiam Senatus Magdeburgensis, post exclusionem D. Heshusij ibidem Superintendentis, quam inter ceteros Theologos cordatos, etiam

Mansfeldenses improbarent, propemodum persuaserunt Dnm. Comitibus, quasi sibi suisq. Ecclesiis injuriam facerent ipsorum Theologi, qui vellent pro suo arbitratu reformare, & alius nova dogmata vi obtrudere, cum tamen ad ipsorum curam id non pertineret; esse sophistas, logomachia studiosos, intempestivos reformatores, βλακωδους: petere se Dn. Comites, ut ipsis frena injicerent, quod nisi fieret prope diem, velle se sibi suisq. Ecclesiis aliâ ratione ac proprio Marte prospicere, ad præcavenda majora mala. Id omne ad iaphoristarum & synergistarum, nec non & Majoris studio & artibus effectum est, unde etiam Dnn. Comites quasi in bivio dubij, typographum legibus arctioribus, ne quid sine ipsorum præscitu ac expresso consensu imprimeret, astringebant.

16. Ipsi verò Theologi nihilominus constanti & intrepido animo officij sui ratione habitâ, confisi divinis promissionibus, falsariis veritatis contradixerunt, & erronea dogmata contra scripturam sacram & Lutheri doctrinam noviter introducta, in primis verò neopapismum illum Adiaphoristarum, Majoristarum & Synergistarum, scriptis publicis & vivâ voce, tanquam nocentissimum ovicularum Christi lupum inciamarunt ac damnarunt.

17. Anno 1565. post perfectionem adium scholasticarum Superintend. Mencilius, M. Jreneus Pastor ad D. PP. & Johannes Rhodius, Pastor Nicolaitanus, ad lecturas sacras in gymnasio vocati sunt, auctis duorum Pastorum stipendiis. Gerbstadij, moniales, quæ sub Abbatissa, ultima fuerunt in hoc Comitatu, impetratâ anno 61. à Cesare inhibitione ad Dnn. Comites, ne ipsas turbarent in religione pontificiâ, detinuerunt sese usque ad annum 65. ubi superstites (novæ enim hæcenus non receptæ erant,) Augustanam Confessionem complexæ sunt, usæ sacræ Cœnæ sub utraque specie, Pastore M. Paulo Ursino: manserunt autem in suo statu moniali, altæ in monasterio, usque dum una post alteram fatis concederet.

18. Sed ecce iterum Neopapistar, & Crypto-Calvinianor. impudens

45.

pudentiam! Horum enim sophisticâ & simoniis artibus piissimus Princeps-Elector Sax. Augustus, qui eo tempore aliàs ob bellum Gothicum anno 1567. à quibusdam immeritò gravabatur, circumventus est. Ideoq; Dnn. Comit. à Mansfeld, suis Vasallis, ut loquuntur, se- veris. edictis injunxit, prohibeant Ministerio suo, in Co- mitatu Mansfeldico, ne in publicum in posterum edant li- bros de religione, & nisi ab injuriolis clamoribus pro con- cione abstinere, tanquam inquietos & furiosos clamato- res ab officiis removeant. Idem per Consistorium Lips. qua D. Pffessingeri expeditio fuit, severè mandatur nomine Electoris, omni- b' & singulis sub Electoratu Saxonico Superintendentibus & Pastro- rib', ne in posterum pro concione nomineten' mordeant schismatum authores; & quia multi contradicebant, remoti sunt ab officiis ma- gno cum Ecclesiarum detrimento.

19. Parati erant nostrates ad respondendum cuivis postulanti rationem fidei & doctrinae ipsorum; ac Dresdam cum Witeber- gensib. Theol. ad petitum Dnn. Comitum anterioris lineæ citati, à cæteris non potuerunt impetrare, ut eò ad demon- strandam suam innocentiam mitterentur. Ob id suspectiores indices facti, atrocioribus etiam criminationibus, minis & accusati- onib' gravati, obtinuerunt à presentib' Dnn. Comit. ut indiceretur

Synodus V.
Anno 1568. mense Martio, cui ipse Dn. Comes Volrathus in- terfuit, graviq; & affectuosâ oratione Pastores congregatos hortat' est, ne timeant veritatem confiteri, & innocentiam suam modestè ac in timore Domini coram Christi Ecclesiâ probare: vivere adhuc Deum, innocentia ac veritatis vin- dicem, si maxime fremat mund'. Conscripta ergò (1.) fuit A- pologia modestissima adversus criminationes & impostu- ras falsariorum, missa per Dnn. Comites Electori Augusto. Edidit quoque Mencia' scriptum breve contra Majoris confesio- nem

nem postremam, de doctrinâ justificationis & bonorum operum; unde non leves οὐπρόζεις inter Dnm. Comites orta sunt.

20. Deinde (2.) decretum fuit in Synodo, si denuò citarentur ad reddendam confessionis & doctrinæ suæ rationem, quibus conditionib⁹ velint comparere. Ac (3.) tandem examinatae sunt crypto-Calvinistarum propositiones hactenus inusitatae in Lutheranorum ecclesiis & scholis: In Christo non realem, sed tantummodo verbalem esse idiomatum communicationem; Christum certo aliquo & definito loco circumscriptum esse in cœlis, eumq; ibi teneri usque ad diem judicij. Panis est corpus, idem esse ac si diceres, fasces sunt imperium; quæ omnes cum aliis similibus, veluti verbo DEI contraria & falsa, meritò condemnata & rejecte sunt, quicquid contra adversarij & filij hujus seculi oggannirent.

21. Hi etiam, nempe pseudopolitici Mansfeldenses, praxin disciplinæ ecclesiasticæ & officium elencticum carnali suâ prudentia miris modis eludebant, graviter ferentes, quòd Ministri Ecclesiæ usuras, maledicta, levitates in detractionibus barbarum tum usitatis, & plurimis aliis reb⁹ turpib⁹, quib⁹ jus honestatis publicæ violabatur, itemq; scortationes, adulteria, fraudes & id genus scelera alia tam rigorosè taxarent & arguerent. Sed & hunc paroxysmum optimâ crisi absolverunt constantissimi viri, suamq; disciplinam (4.) ex Dei verbo à Φλυαρίαις politicis debito modo vindicarunt ac conservarunt.

22. Anno 69. ne hoc prætermittam⁹, Pastoratus Andreanus à Superintendurâ, Mencilij consilio ac suasu. certis de causis separat⁹, & primus Pastor ad S. Andr. à Superintendente in Ministerio proximus, vocatus est Henricus Rhodius, tum pastor Neapolitan⁹. Interea Ecclesiarum Ministri in præfecturâ Arnsteinensi, Heldrungen-si & Sittichenbachensi, ἀλλοτρίοις κοινῶν consilio & operâ, à Consistorio

47

florio Lipsensi semel atque iterum citati, ex permissione suorum Dnm. Patronorum tandem comparent, & quia Pseffingeri iniquis postulationibus, & male reconciliatis paradoxis novorum schismatum (de quibus hactenus egimus,) subscribere recusabant, ab officiis removebatur non solum, sed & successores à Mansfeldensis Ecclesie corpore segreges facti, ad alienam vi tracti sunt inspectionem, sub initio introducta sequestrationis, quo jure, quâve injuriâ, acta testabuntur.

23. Esset, quod hic ex justo dolore possemus conqueri de injuriis, ordini nostro Ecclesiastico, prater meritum, illatis; sed malumus ea omnia relinquere suo loco, & posteritatis judicio, memores, quod proverbio dicitur; ἔκ ἐστὶ κακὸν κινῆσαι, τὸ εὖ κείμενον!

Hactenus ergo tot furis agitata fuit misera hac sarepta, tot turbata injuriis, tot hostilibus gravata odiis, totq; deformata calumniis, ac nefariis insidiis undiq; circumfessa, ut mirum non esset, si magnatum minis expugnata manus falsariis dedisset. Nostri enim prope modum soli, exceptis paucis quibusdam Theologis Saxonis & Suevicis, relictis erant, qui veram Lutheri doctrinam defenderent. Sed vicit pia simplicitas, & eluctata ex his spingibus ac labyrinthis errorum atque odiis mundi, eo usque condecoravit Lutheri patriam, Deo verbum suum, quod unica veritas est, mirabiliter vindicante, ut non immerito dixeris, eos B. Lutheri, primi illius Angeli Apocalyptici, cum aeterno Evangelio per medium caeli volantis, posteros ex ipsius patriâ, secundi Angeli vice sanctos esse, & Babylonis lapsum porro publicasse, vinumq; scortationis omnis effudisse, ut est Apoc. 14. 6. 7. 8.

24. Concludemus autem hanc crypto-Calvinisticam fabulam relatione Mencilij ex cit. prafat: Unter dieser Zeit / vnd bey den ist gedachten Streiten beginnet ein ander heimlich / vnd sehr gefährliches Feuer / gleich als in der Aschen fürzuglimmen / also / daß sich der Sacramentirische / vnd Calvinische geist / verschlagener vnd listiger weise mit gewalt reget / vnd eben an dem Orthe (zu Wittenberg /)

berg/einnistet/da ihme zuvor der Mann Gotees Lutherus mit höchstem ernste vnd eyfer wieder sprochen/vnd gewehret hatte. Er machet sich aber so geschmeidig vnd vermeinet / daß ihn niemand kennen / noch merken sol. Denn er wil kurgümb nicht Sacramentirisch / oder Calvinisch gehalten/noch genennet werden. Gleichwol führet vnd vertheidiget er alle gründe der Sacramentierer/vnd lesset dieselben den jungen Leuten / in den Lektionibus, disputationibus, vnd auff alle andere wege einbilden. Dieses Feuer bricht durch den neuen Wittenbergischen Catechismum/vnd seine grund feste/ auch anderer Bücher/herfür/ daß es nun Lohe vnd Liecht bekömmet/daß es jederman sehen / vnd nicht mehr so heimlich vnd verborgen seyn kan. Da wir nun hie auch beginnen zu ruffen / den schaden vnd die gefährlichkeit zu entdecken/vnd dafür zu warnen / da wil allererst fast der grössste Zorn vnd Bngnade auff vns fallen / daß wir als vnrühige Leute verklaget/ vnd mit dem heßlichen Namen der Flacianer / an allen örthern beschweret vnd gewlich gedrückt werden. Bis vns lieber Herr Gott dem vntrewen bösen Geiste auch länger nicht zusehen kan / sondern öffnet der Christlichen hohen Obrigkeit (welcher dieselben heimlichen Sacramentierer / vnd ihre schalckheit/ mit höchster bethewrung auß den Augen geschworen hatten) die Nerven vnd Augen / daß der gewliche betrug vnd vntrewe erkennen / vnd mit ernst gestrafft/vnd abgeschafft worden ist.

25. Detectas circa annum 74. fraudes horum Impostorum testatur Apologia Pupillæ evangelicæ cap. 24. & 51. In primis digna sunt ipsius Electoris Augusti verba, quæ propria manu exaravit, pag. 447. Was andere ausländische Theologen (da werden ohne zweiffel auch die Mansfeldischen gemeinet) wieder unsere Schulen vnd Univerfitäten gestritten vnd geschrieben/das weist sich sekund/das nicht alles lügen / wie die Wittenberger vorgeben / gewesen / vnd ist denselbigen auff diesem theil nur mit nicht gesehen/ geantwortet worden. Vnd haben dieser verlogenen

49

logenen falscher Zuben halben / ich als unwürdiger Landesherr / dar-
nach die fromme Landschafft / vnschuldiger weise in dem geschrey
vnd verdacht seyn müssen / als wehren wir von der reinen Lehr abge-
fallen / vnd die Calvinische Lehre angenommen / da wir doch weder
wort noch weise davon gewußt / vnd haben also der andern vnwissen-
de entgelehen müssen. Vnd ist dieser langwierige Zandel in diesen
Landen allein auß der vrsachen hergestoffen / daß die heimlichen Cal-
vinisten sich nicht öffentlich zu ihrer Lehr haben bekennen wollen.
Sonsten wehre der Paucken zeitlich ein Loch gemacht worden / vnd
hette das vngeziesser hierin nicht nisteln sollen. Dieweil dann diese
vnrubige Händel keines weges zu dulden oder zu leiden / so ersodert
meine nothdurfft / statlichen rath darüber zu halten / wie diesem
giftigen geschmeiß in zeiten möchte gewehret / vnd dasselbige außge-
rottet werden / vnd daß durch Gottes gnaden die Kirchen vnd
Schulen wiederumb in einen ruhigen stand gesetzt / vnd alles gifti-
ge geschmeiß mit der Wurzel außgerissen werden möchte / trewlich
vnd Christlich zuberathschlagen / zuschliessen / vnd ins werck zusehen.
*Generalem autem ac plenam historiam de crypto-Calvinismo, le-
gere potes in Hütterii Concord. Concorde Capp. prioribus octo.*

VI. Flacianismus.

26. *Atque hoc est illud σέμα κακῶν, quod secum in hunc Co-
mitatum maximas attraxit tempestates ἔσσυτάς, unde Christi
navicula mera naufragia timenda fuerunt; ut jure merito flacia-
nismum dixeris extremum sathanæ furorem ac virg, quod
in has Ecclesias γυναικῶς Lutheranas evomuit.*

*Haectenus certè ab externis saltem hostibz fuerunt inquietata
haec Myrmecia, nunc intestino bello petuntur à bonorum suorum pro-
ditoribus. Movit enim hanc litem in Comitatu hoc, pastor prima-
rius ἔ Decanus Mansfeldensis Cyriacus Spangenbergius,
eò adductus Flacij Illyrici auctoritate ac malefanis persua-
sionibus, ut qui haectenus laudabilem operam navaverat in asseren-
dà caelesti veritate per Lutherum sincerè traditâ.*

Q

27. 1s

27. Is enim, postquam cum DD. Wigando & Musaeo, ann. 1561, Vinarie in disputationem venit, de *συνεργεία* contra Victorinum, quæ inter alia statuebat, peccatum originale esse leve aliquod accidens; cepit confidentius loqui de naturâ peccati originis, atque illius atrocitatem exaggeraturus, ex fervore contentionis & opponendi studio in manichæismum incidit, ut diceret, peccatum originale non esse accidens, sed ipsius hominis corrupti naturam & substantiam, Schlüsselb. cat. heret. lib. 2. pag 4. Ac quamvis ipsius collega, Wigandus & Musæus statim in illâ disputatione eum fraterne & fideliter monerent de absurditate hujus propositionis, peterentq., ut sese corrigeret; ipse tamen ingenij acumine fretus, ex definitione accidentis porphyrianâ mordicus defendit suum hunc novum factum omnes admonitiones amicorum superbe aspernatus.

28. Hujus ergo erroris semina hinc inde sparsit, per multos annos Illyricus, donec applausores inveniret amicos. Principio imposuit multis suâ sophistica, qui cum ipso liberiùs locuti sunt, aliis nondum de tali *ἀνεργολογία* litigantibus. Putarunt enim Flacium suâ propositione disputare contra eos, qui dicerent, nuda accidentia in homine corrupta esse, non totam ejus substantiam, & peccatum adherere homini in suis naturalibus viribus adhuc integro, ut labes vestimento, aut calx seu color parieti, &c.

29. Inter illos fuit ipse noster Mencilius Superintendens, M. Rhode Pastor Andreanus, M. Fabr. Past. Nicol. cum toto Ministerio Mansfeldico, qui Flacium ob Zelum eximium tuende veritatis, sociasq., operas in confutatione hereticorum magnoperè reverebantur & amabant: sed ubi delirum *ὁμοίωμα* ex aliorum scriptis & monitionibus, nec non fraudes, strophæq., Illyrici ac complicum luculentius innotuerunt, segregarunt sese quamplurimi à flacianâ synagogâ, cui tamen Spangenbergius constanter adherebat cum quibusdam aliis Mansfeldensibus, qui plerique artis terminos non intelligebant.

30. Ab anno 1571. usque ad 75. acerrimè pugnatum fuit in hoc Comitatu super illo dogmate, facto initio Vinarie, coram

prin.

57.

principe Saxon. Johanne-Wilhelmo & Comite Mansfeldensi Volratho. Nam hactenus de peccati originalis natura, tantummodo inter Illyricum & Professores Jenenses, exterisque Theologos fuit disputatum, & noluerunt nostrates hanc litem suam facere. Petierat autem Illyricus colloquium inter se & Theologos Jenenses, Wigandum & Hesbustum, & ut obtineret, impetravit, ut Dn. Comes Volrathus laudatissimo principi Saxoniam suaderet, adductis se cum Theologis Mansfeldensibus, Mencilio ac Spangenbergio. In hoc ipso Mencilio schedulam memoriae causa conscripsit, quae postea quasi pomum Eridos & materia litis facta est, his sub initio formalibus: Wir Prediger in der Graffschafft Mansfelde haben durch Gottes gnaden gehalten/geglaubt/gelehrt vnd bekennen/vnd halten/glauben/lehren vnd bekennen noch also / was von Fleisch geboren ist/das ist Fleisch/ Joh. 3. das ist/der Mensch / wie er von Vater vud Mutter geboren ist mit seiner ganzen natur vnd wesen/ist nicht allein ein Sünder/sondern auch die Sünde selbst/nach der auflegung D. Luthers 1. rom. Jen. fol. 29. &c. (vnd also nicht auff gut Flacianisch.) Hae autem verba statim pro se interpretati sunt Flacius & socij, tanquam sua sententia οὐκ ἴνα, etiamsi Mencilius saepe protestaretur & sese declararet, hanc ipsius mentem non esse, nec honestum, alicujus verba sinistrè interpretari, & contra intentionem scribentis depravare. Domum reversi ceperunt statim utrinque rem publicè agere, & scriptis non solum, sed & pro concionibus super manichaeismo acerrime concertare. Hinc ergo infelix illud schisma flacianum in has Ecclesias plenis velis introductum est, aliis huic, aliis illi parti adstipulantibus; & quo quisque fuit audentior, praesertim ex flacianà cohorte, eò majoricum impetu invehebatur in partem adversariam.

31. Ann 1572. de consilio piissimorum Comitum Volrathi & Johann-Ernesti, à Spangenbergio miserè seductorum, è Mansfeldensibus Theologis precipui, ad colloquium fraternum Islebij conveniunt, ubi in praesentia Comitum de definitione peccati originalis

ginalis à Mencelio scripta, disputatum fuit, Flacianis sub praesidio Spangenbergij captiosè contendentibus; ambigè, si non falso dici, peccatum originis esse profundissimam hominis corruptionem; rectius, esse ipsam corruptam naturam. Et postulabant, ut in definitione sic corrigeretur. Quod dum impetrare non potuerunt, sub lite mansit controversia, & mandarunt Comites, ut utraque pars sententiam suam scripto comprehenderet, censuris Theologorū exterorū protinùs committendam.

32. Eodem anno Illyricus cum filio, patris jam causam agente, M. Christoph. Irenao, antehac Concionatore aulico Vinariae, jam exule, & M. Paulo Reineccero Irenaei antehac Diac. itidem exule, venit Mansfeldā, ut erat vagabundus. Eo à predictis Dnn. Comit. statim, de improviso, evocati sunt in arcem Mencelii Superint. M. Heinticus Rhodig, P. Andr. M. Andreas Fabricius, P. Nicol. ubi cum comparuere habentes secum M. Zach. Pratorium & M. Andr. Krügeri/ Diac. Mansfeld. invenerunt presentem Illyricum cum predictis exulibus & plerisque suis affectis ex Ministerio Mansfeldensi, M. Spangenbergio, M. Wilhelmo Sarcerio, P. Pet. Paul. Isleb. & c. Ibi Mencelius & Fabricius provocati sunt ab Illyrico ad colloquium: Id quāvis prius recusarent, & nolent communem causam in hoc privato conventu imparati agere, tandem tamen in gratiam Dnn. Comitum, sed citra praesudicium, protestando, collocuti sunt. Hujus colloquij acta anno sequenti imprimi curavit Spangenbergius in arce Mansfeldensi, de partialitate valde suspecta, quò lectorem remittimus.

33. Agnovit interdum Flacius infausti sui partus monstruosam deformitatem, & cum urgeretur, quasi vitæ in crusto errori colores, modo in subjecto; se loqui non de homine ut homo est, sed ut corruptus: modo in predicato, se vocabulum substantia sumere pro rei essentia, & c. vide cit. colloq. sess. 1. sed φιλονεικίας studium & ambitio non permisit homini, ut sibi constaret, subinde alias atque alias phrasas & loquendi formulas usurpavit, seseq. in omnes formas instar polypi convertit, ne minus rectè disputasse videretur.

34. Inter

34. Inter ceteros classicum canebat Spangenbergius cum sociis,
vir multa quidem lectionis, sed pauci iudicij, φιλαυτος & ambitione
plenus, qui cum Praeceptoris Flacij strophas non satis intelligeret, &
in applicatione terminorum artis sapissimè impingeret, magnas nu-
gas egit, easq; ἀπαιδέυτης & quasi scopas dissolutas undiquaque cor-
rasit, auxitq; non paucis blasphemis & atrocibus calumniis, ut te-
stantur ejus scripta, in quibus nil aliud invenies, quod hanc contro-
versiam attinet, quàm multum loquentiæ, sapientiæ parum.
Et ut pleniore manu sua delira sophismata disseminare posset, Nu-
gidenda Spangenberg. peculiarem procuravit typographiam in arce
Mansfeldensi, sub patrocinio optimi Comitum Volradi; hinc tunc inu-
tiles chartæ, vesperilionum instar, circumvolarunt de peccato origi-
nis, luce lectuq; indignissima. Non distinxerunt Flaciani, quod erat
ipsorum error, inter phrases metonymicas & proprias, inter princi-
pium ac subjectum quod & quo, inter propositiones paronymicas &
synonymicas, inter accidens commune & proprium, &c. & perpetuò
committebant fallac. compositionis & divisionis, fallac. causa, &c.

35. His ergò errorum philtis plebs & imperitum vulgò Mans-
feldense, metallici imprimis, imò & illustres persona usque adeo fa-
scinati sunt, ut pleriq; vitam potiùs ac sanguinem fundere vellent,
quàm huic substantiaria amasia repudium mittere, quantumvis con-
troversiam ac πῶτον ψεύδος non intelligebant. Et communis adhuc
fama est apud Mansfeldenses, metallicos tam senes quàm juvenes,
quoties in suis operis aut computationibus convenerint, quæsiuisse al-
terum ab altero: Bestu een Decedenter onder Substantioner?
ac tùm centaurorum instar, ubi ἔδεις ἔδειος ἔδειν ἀνδρῶν, hos pro sub-
stantia, illos pro accidente acriter certasse, & sæpius à verbis ad ver-
bera venisse.

36. Longum esset, recensere omnes injurias, criminationes,
fraudes & imposturas Substantiariorum in orthodoxos Islebienses,
quorum odio plusquàm vatiniانو inducti illi, apud supra laudatos
Dnm. Comites effecerunt, ut Superintendenti Mencilio, ex sua
parte,

parte, itemq; Pastori Nicolait. & Neapolit. officia renunciarent;
ceteris Comit. contradicentibus. Et cum semel clauderetur jussu
Magistratus illustris, templum Nicolait. vix in officio retineri po-
tuerunt cives: adeo hic & alibi res ad seditionem spectabat, praefer-
tim mutato pluribus in locis per sequestrationem Magistratu. Tan-
dem vero anno 1575. ejecti sunt turbatores substantiarum ex Comi-
tatu, pars fugam dilapsi. Primus inter fugitivos fuit Spangenbergi-
us, turbarum author, qui asseclarum ope mature subductus, sub
obstetricis habitu fefellit milites Archiepiscopales in portis excubias
agentes. Mox tota plaustra civium Mansfeldensium, huic sectae
adstipulantium in arcem Giebechenstein delati sunt, ubi in custodiis
detenti, (quo jure, altioris est indaginis, nec adeo ad hanc historiam
pertinet:) post mensis spatium iterum fuerunt dimissi.

38. Et quia miseri isti homines ab errore abduci non potuerunt,
quem mordicus multi usque ad extremum vitae spiritum defende-
bant, ideo de voluntate Dn. Comitum anterioris lineae, nec non il-
lustrissima Ducissa, Vidua Comitis Johannis,

Synodus VI.

Anno 1576. celebrata fuit, ubi 1. impia illa & blasphemata dogmata;
peccatum originis est ipsa hominis substantia s. natura; Inter DEI
creaturam & opus diaboli nulla est differentia in homine post la-
psum & ante regenerationem; peccatum originis à Christo redem-
ptum est, baptizatur in nomine SS. Trinitatis, justificatur per fi-
dem, sanctificatur in renovatione, &c. decreto Synodali, cum o-
mnibus Flacianorum scriptis damnata & ex Ecclesiis nostris ejecta sunt.
Unde alia iterum prodit Confessio Ministrorum Ecclesiae Mansfeld.
sub titulo, Abfertigung des Spangenbergischen Irrthums von
der Erbsünde/etc. 2. actum fuit de modo procedendi in conversione
simpliciorum veneno flaciano infectorum; hos cum omni mansue-
tudine saepius admonendos, & nisi audire velint, aliquantò severiù
corrigenendos statuerunt. 3. confessioni anno 1565. publicata denuò
sub-

55
subscripserunt. 4. decretum, ne quis sine praesentibus & cognitione Consistorij excommunicetur. 5. de ceremoniis Ecclesiasticis, ut uniformes sint. 6. de exer. menstruarum concionum & declamationum, &c.

39. Sed necdum quievit inquietus Spangenbergij spiritus. Ut enim non dicam, quantum negocij cives Mansfeldenses cum uxoribus à Spangenbergio seducti, ejus successoribus facesserint, ut D. Simoni Museo, qui impiis exagitationibus metallicorum flacianorum in maiorem lapsum, vix semestri spaciū ibidem vixit; post Autumno, de quo in actis Ecclesiasticis plura leguntur: Ipse Spangenbergius ex iis locis, ubi degit, subinde novas criminationes & invectivas in publicum misit, donec tandem anno 1578. cum Comite Volratbo, qui ipsi quotannis 208. thl. stipendij loco solvit, Sangerhusam veniens, ibidem ad colloquium publicum cum D. Jacobo Andrea, coram Electoralibus Commissariis & Comite predicto admitteretur. Condictus ibi & explosus saepius, cum suis absurdis nugis, adduci tamen non potuit, ut errorem agnosceret, sed contumaciter τῷ ἑξῆς λόγῳ copiosis verbis obstrepens, nihil aliud effecit, quam ut pro impostore communiter judicaretur. Ipse autem postmodo acta colloquij, sua fide, divulgavit, omnem sibi & suis nugamentis victoriam tribuens.

40. In citata praef. Post. part. 2. Mencilius sic concludit hanc flacianam fabulam. Wie herbe vnd sower es vns die Leute / fast in die 8. Jahr lang an einander / gemacht mit ihrem gewlichen Lesterschreiben. Wie sie auch mit ihrem vnchristlichen beginnen / zu allerley eingriffen ursache gegeben / ist öffentlich am tage / vnd mit grossem schaden für Augen. Doch hat der harmhernige G. D. / vnd himälische Vater auch hie das beste bey vns gethan / vnd als es am höchsten vnd fährlichsten gestanden / eine vnversehene gnädige Einberung gegeben / da er vns mit dem Consensu, einhelliger Erkändnis der wahren Christlichen Kirchen / Augspurgischer Confession, durch das Concordienbuch / vnd darauff erfolgeter vnd wolgegründeter Apologia, zu hülffe kommen ist / etc.

Atque

ie
ro
/
er
er
n
y
h
s
/
/
te
ig

Pan Xa 3003, AK
f

ULB Halle 3
003 744 434






A. N. 129,7.

IN
DISSERTATIO
GICA SY

PAR
DE STA
SIAE EVANGELIC
TU MANSFELDENSIS
LX. & quod excu
Formu

Ipso die CONCOR
seculum Theandri L
ουχίτησιν


M. MICHAELE
Mansfeld.

Eamq
M. BALTHASA

In Gymnasij

Islebij in patriâ B. L
ANN

Xa
3003



E
ITA-
annos
ante
am
mitat,

